didisti aliter etiā atq; aliter aliis medicis q̄ a
cornelio & Galeotto morbū fuisse descriptū
qd uicii ē hoc o merula. nā nō mō drīi aucto
res sed plerūq; unus & idē rē unā drīis moīs
diffinit ut in Cicerone facile ē iuenire de hoc

ſatis ad illud reuertar quod pollicitus ſum.
dixi enĩ me oſtenſurũ polypũ non eſſe remo
ram: ſed prius tua uerba examinabo. nã dicis
polypũ a ſimilitudine carnis dictũ qa polypi
molliſſima eſt caro. miſeret me tui ꝙ tam diu
fuiſti de numero piſcium & nũq̃ intellexiſti
polypos ẽe neruoſos carnẽq; habere duriſſimã
nõ enĩ mollitie carnis ſed duritia neruorum
hoſtem ſuũ apprehendũt reluctantẽq; retinẽt
Cum autẽ ais Ariſtotelem inter malacia ideſt
mollia noĩare recte narras ſed non intelligis
eius dicta. nam ĩter piſces illi dicũtur molles
qui ſine concis: duri uero qui cũ concis ſunt.
Vnde oſtrea inter mollia minime eſſe perhi
bentur: & polypi cum ſint abſq; concis inter
molles numerari cenſentur: molles enim aut
duri dicuntur piſces non carnis ſed ratione cõ
carum quibus operiuntur. Nec eſt uerum ꝙ
a Plinio echinnus dicatur remora falſum eſt
quod ais. Echinnus enim uim habet remo
randi nauigia nullam: ſed eſt conchilium io
cundum & prima enuntiatur breui. Iuuena
lis. Et ſemel aſpecti littus dicebat echinni:
ſed dicit̃ echineis ut teſtat̃ donatus ĩ terentiũ

& in hanc sentẽtiã locutus ẽ Lucanus. in me diis echineis aquis: & quidã cõtra metrũ sen tientes echinnus scripserũt. non est igr̃ echin nus trisillabũ prima breui sed echinneis qua drisillabũ prima lõga & hec ut diximus uim habet remorandi nauigia & remora nuncupat̃ lege Georgi aliquãdo greca & prudẽter. cum credis pedes polypi dici acetabula nescis quid dicas. nam pedes sunt longi & acetabula ĩ pe dibus polypi quedã carũcule ad similitudinẽ acetabulorũ disperse. nam acetabulũ dicitur uasculũ & cyathus: sic ille caruncule ut ciathi apparẽt & uascula. Plinius. xx. naturalis histo rie. Item morbo regio uel hydropicis & ad renum dolores cum ptisane succo acetabuli mensura. Idem. xxvii. Vt hedere baccis mol lioris nascunt̃ in opacis asperis & aquosis dat̃ acetabulo pleno. Est igitur acetabulum uascu lum & mensura quedã & non pes polypi ut putasti. Iam deuenimus ad id in quo falsarius Georgius uocat Galeottũ falsariũ qa ĩ textu Pliniano nõ reperit: dicit fuisse additum in fe minas. nã nos sic allegauimus Plinium. Ma le hominũ tantũ quas prisci genas uocabant

Lucan.

acceptabula in pedibus polypi

Plinius

Male hominũ tantum.

Genę

ex duodecim tabularũ interdicto raddi eas ĩ ĩ feminas uetãtes: pudoris hec sedes ubi maxime ostenditur rubor. Tu Georgi negas in eo textu ĩ feminas esse dicisq; fuisse additũ quẽ librũ tu inspexisti quẽ codicem euoluisti: Tu mecũ in hac re certare uis qui totius fere europe bibliothecas excussi in diuersitate librorum· quid uexanie est semp aliquid negare: sed diceres huius mee negationis est efficax ratio. quis enĩ unquã barbatas feminas raddi uidit: iam resipiscis quia ratione incipis negare. non dicunt libri duodecim tabularũ feminas barbatas sed uetant genas raddi in feminas idest in similitudinẽ feminarũ que omnino inberbes sunt & de uiris locunt̃. est enim locutio ornatissima hic raddit̃ ĩ mulierẽ idest in similitudinẽ mulieris hec mulier ornatur in uirũ hoc est ut uir appareat. Suetonius in uita augusti. nam histrionũ licentiã adeo compescuit ut stephanionẽ togatariũ cũ in puerilẽ habitũ circumtonsam matronã ministrasse cõ ceperat per tria theatra uirga cesum relegarit. Virgilius. in. vi. Excisum euboice latus ingẽ us rupis in antrũ idest in similitudinẽ antri.

Idem portus ab eo fluctu curuatus in arcum
idest in similitudinem arcus : sed nimium te
acutum ostendis Georgi cum admiraris pupu
lam penultima breui enuntiari & eius dimi
nutiuum pupillam. l. litteram duplicare quasi
hoc nouũ sit: nōne hoc in diminutiuis frequē
ter uides. Nam ut ait Festus. Papille sunt ca
pitula mãmarum dicte quia papularum sint si
miles & papula o merula penultĩa breui enũ
tiatur Virgilius in georgicis. Ardentes papu
le. & eius diminutiuũ papilla penultima lon
ga. Virgilius. xi. Leua aciem ferri dextra ner
uoq; papillam. ymo uidetur multorũ diminu
tiuorũ proprium litteram duplicare: ut paulũ
pauxillũ: palus paxillus: qualus quaxillus. de
his autē que in libro meo addi uoluisses non
sentio tecum Georgi: fuisset enim ab institu
to nostro alienũ. Credo o merula te glanco
mate correptũ cum tecum nescio quid garris
nonne textus Sereni allegatus indicat quod
ego dixi. non enĩ mirum ē diuersos medicos
diuersa quedã dicere. nã hoc cõtigit ĩ unaqua
q; facultate nõ datur uitio magis hunc uel il
lum sequi dũmõ sint idonei. q; autem dicis

te expectasse ut de Glauco multa hinc inde
sparsa colligerē & nihil de hoc colore tacerē:
dicam sentētiā meā ego ecōtrario expectabā
ut aliquādo resipisceres & ītelligeres uiciosū
& cōtra artē esse ad huillima queq; descēdere
& oīa uelle prosequi ne cū de hoīe loqui uel
lemus uni dūtaxat uocabulo addicti ab insti
tuto recederemus & quasi alligati circa mīma
hesitaremus quod fugiendū scriptori censuit
horatius flaccus cū dixit. Si nō circa uilē patu
lūq; moraberis orbē iam Georgius deniq; di
ligētiā seruat in eo quod patit̃ uiciū & superi
ora ex mera uolūtate posuerit hoc necessitate
coactus scripsit. nā cū sit hircosus oēs a se gra
uissimo fetore suo repellit & dicit nos nō be
ne posuisse hirquitallis ab hirquis angulis ocu
lorū dictos sed ab hirquis aīalibus nos dici
mus hirquū uocabulo primitiuo ut seruius &
Suetonius testātur significare angulū oculorū
ab hoc angulotā hirci aīalia q̄ hirquitalli dicū
tur. uterq; enim libidine uexatus oculo in
dicat; hirci quia frequenter coeunt & oculos
habent in coitu trementes & hirquitalli qui
huiusmodi sunt ab eodem fonte deriuantur:

hirci ergo & hirquitalli dicti sunt a prima po
sitione hirqui significatis angulum oculi. sed
cũ adducis testimoniũ censorini ad huius rei
declarationẽ licet nõ tantę auctoritatis sit ut
Suetonio & Seruio opponatur: tamẽ quia de
Aristotele fit mentio uidet̃ non ab hoc quoq;
declarare. hoc enĩ insertũ est quod aristotiles
trãgisim dicit. antiqui nostri hirquitallire. qd
queso in hoc sermone est cõtra nostrã positio
nẽ: nõne uides merula hoc nobiscũ esse totus
huius questionis cardo est hircus & tragos si
cut primitiua aut deriuatiua de hirco diximus
nũc de trago dicendũ uidet̃. Tragos Georgi
significat plurima: nã ẽ quoddã genus spõgia
rũ. Plinius nono. Spongiarũ tria genera acci
pimus: spissum ac predurũ ac asperũ tragos id
uocat̃: spissum & mollius imanos: tenue deci
sumq; ex quo penicella achilliũ. Itẽ Plinius
xii. in his ꝓbatio una ne sint fragilia & arida
potius q̃ sicca folia cũ gallico nardo semp na
scit̃ herba que hircolus uocat̃ & grauitate odo
ris & similitudine qua maxime adulterat̃. tra
gos igr̃ prima impositõe significat spõgiã spis
sam. tria enĩ genera spongiarũ sunt a quibus

traxerũt ueteres tria nomina libidinis. a trago eni que eſt durior & ſpiſſior & aſperior per ſimilitudiuẽ dixerũt iſtos qui iã libidinari inci piũt quos audaciores & aſpiores & duriores reddit ipſius ueneris deſideriũ: nã ex libidiẽ oĩa animalia pugnãt. Virgilius in georgicis. Omne adeo genus in terris hominũq; ferarũ q; & genus equoreũ pecudes pictæq; uolucres in furias ignẽq; ruũt amor omnibus idẽ. Idẽ Quin & inbelles dant prelia cerui. Secundũ genus ſpiſſum ac mollius imanos dicitur & hinc quoq; libidinis ſimilitudo trahitur. qdã eni cũ adoleuerit ex frequẽti coitu facti ſunt molliores. nã illi iuniores nõ tãtope ſicuti grã diores ab ipſa uenere ledũt: & ad hãc ſñiam cũ de uiciis ueneris loqt dixit Lucretius pre macie radineę uera eſt iam mortua tuſſis at lamia & imanes ſacer eſto ipſa ab iacho. Tertii generis nomen tenuioris ac denſioris ex quibus peniculi & penicella nõ uidet declaratõe indigere dicente Feſto. Peniculi ſpingie lõge propter ſimilitudinẽ caudarũ appellate: penes eni uocãt caude & hoc ad libidinẽ ſpectare nemo ignorat: pſerti cũ penis mẽbrũ uirile ſit

Martialis. Sed si quis nimio pene superbus erit. Sed diceret nõ nulli unde est ꝙ maiores nostri libidinẽ a spongia denoĩarunt: ratio in promptu est: nam que principalia sũt ad uenerem ut renes testiculi & ipsũ uirile mẽbrum spongiarũ similitudinẽ gerũt. renes nãqꝫ per quos riui osceni humoris fluũt & testiculi ex quorũ motu & agitatõe humor ipse liquescit & ipse colis mẽbri quo semen eicit̃ & uenosa & cauernosa & spongiosa sunt. nam testiculi & intumescũt & extenuãtur ut plus min⁹ uehũiditatis accipiũt in suis cauernulis. de renibus quid loquar cũ aspectui ipso eorũ pateat cauernosa & spõgiosa natura. De mẽbro etiã me tacẽte huiuscemodi uis cognoscit̃. accedit etiã ꝙ genitalia cũ ui quodãmodo agitãt̃ ita conceptũ ut cõpressa spõgia humorẽ emittunt ac semĩe fluũt. hac igr̃ rõe maiores nr̃i qcũqꝫ illi fuerũt noĩbus spõgiarũ libidinẽ noĩarunt cuius rei non ignarus cesar augustus saturnalibus si quando libuisset mõ munera diuidebat ueste & aurũ & argentũ mõ nũmos ois note etiã ueteres regios ac pegrinos interdũ nihil pter cilicia & spõgias & rutabula & forpices

atq; alia id genus titulis obscuris & ãbiguis.
Ita enĩ refert Suetonius in uita augusti. Rcẽ
igitur augustus huiusmodi munera mittebat
ad ĩocunditatẽ: nam rutabulũ quid sit audiat
Festus qui ait. Rutabulũ a pro ruendo igne
uocatũ quo panes coquũtur: inuenit tamẽ po
sitũ pro mẽbro uirili: sed spongia ut facile cõ
icere possumus tam patientis q̃ habentis rem
imaginẽ gerit: nam & ex ea humor exprimit
& ipsa quoq; humorẽ recipit. Cum igit multa
dixerimus illuc reuertamur unde digressi su
mus. Dicit igitur Censorinus quod tragisin
greci uocãt nostri dicũt hirquitallire: illi uero
tragon hircũ ab illa spongia que tragos dicit
noiarunt ita ut tragos spongia sit primitiuum
quod ergo greci tragisin nostri hirquitallire:
illi tragon hircum a spongia nos hircũ ab an
gulo oculi libidinẽ indicantis deriuamus: be
ne ergo Suetonius & Seruius dixerũt & Fe
sti uerba cũ utroq; concordãt: de hoc satis iã
ad alia descendamus. In libro de homĩe sunt
hec uerba licet ptheregiũ de aliis dicatur. nã
caro supuacua ungues digitosq; crescẽdo ope
riens hoc nomine appellatur. In nostra dicit

Georgius hec non diceret Galeottus si sextũ Cornelii celsi librũ perlegisset uti de digito rum ulceribus hec scribit in hisdem recedere ab ungue caruncula cum magno dolore cõsue uit pteregion greci appellant carunculam dis cedere ab ungue non crescendo operire dicit hec merula conuersus iterum ad conuicia dic merula quid dicunt uerba Cornelii nisi quod ait Galeottus. dic inquã quomodo caruncula potest ab ungue discedere nisi crescat. nõ enĩ recedit a sede sua nisi crescendo alioquin rece dendo caderet. Cornelius igitur dicit princi pium: nam tunc pteregium inchoat cum caro ab ungue recedit nos autem diximus finẽ ul ceris: nam cum recedit crescit & ungues digi gitosq; operit: recedens enĩ caro illa non sepa ratur sed dilatatur sicuti ala in auibus. cũ enĩ uolant tũc ale crescũt idest expandũtur & ma iores fiunt non tamẽ ab auibus cadunt & ab hac similitudine pteregiũ dicit̃: pteros enim ala dicit̃. Iam Georgius existimat se ex omni parte munitũ quia secundũ eius sentẽtiam Ci ceroni ĩnititur qui dicit ꝑ detractionẽ medie littere uel syllabe a maxilla malã esse factam

ex quibus uerbis argumẽtatur Galeottum er
rasse q̃ dixit maxillã diminutiuũ a mala. ubi
tu unquã legisti Georgi diminutiua pauciorũ
syllabarũ esse q̃ primitiua. nam palus paxillus
diminutiuũ ut ait Nonius qualus quaxillus
mala maxilla ala axilla. Ratio enĩ efficit ut di
minutiua que qualitatis aut quantitatis dimi
nutionẽ patiũtur ne in syllabis detruncentur
ymo gramatici & usus doctorũ ubi iacturam
fecerĩt in syllabis tpibus reprehenderũt sicuti
alius genitiuo cũ duplici i propter crementũ
scribi debuisset litterã detractam productiõe
cõpensant. Nonne Priscianus omnesq; grãma
tici sentiũt mecũ. non enĩ textus mendosus
uel ambiguus adducendus in testem est. nam
nullo pacto detractione littere fieri potest ex
maxilla mala necesse ẽ detrahãtur littere tres
maxilla duplicat l sicut expostulat hec forma
diminutiuorũ: & mala unico tantũ l scribitur
Sed si Ciceronis textus nõ est mendosus de
bes intelligere eius mentẽ & ut ipse opinatus
est & ratio expostulat. His uerbis Cicero hoc
insinuat: Si malam quasi matrẽ maxille dubi

tas uno ostendã signo: detrahe litteram uel sillabam & cognosces malam esse factam non dicit diminutiuum sed recognosci matrem ac principium maxille malam esse propter detra ctionem littere uel sillabe. Preterea & si Ci cero erraret uis ne tu errata ꝓ approbatis atq3 idoneis habere: nunquã Ciceroni assentiar cũ dicit quoniam a uiro uirtus nomen est mutua ta. nec putabo nephas uti nouissimo & nouis sime pro ultimo cum ipse Cicero nunquaz fue rit usus: nec unquam erratuz Ciceronis excu sabimus quod est in secundo libro de gloria in quo scriptum est. Aiax cum Hectore cõgre diens depugnandi causa agit ut sepeliatur si sit forte uictus: declaratq3 se uelle ut suuz tu mulum multis etiam post seculis pretereũtes sic loquantur. Hic situs est uite iamduduz lu mina linquens. Qui quondam hectoreo ꝑcul sus concidit ense. Fabitur hec aliquis mea semper gloria uiuet. Huius autem sententie uersus quos Cicero in latinam linguam uer tit non Aiax apud Homerum ut sepeliat̃ sed Hector dicit. Et Hector de sepultura ait. Ec

ce Georgi uides Ciceronem aliquando etiam minimarum rerum obliuiosum cuius emendator Tiro libertus non omnia inspexit. Quę igitur dementia te cepit merula textum uel mendosum uel male intellectum: uel errore inuolutum in medium afferre contra ueritatẽ & omnium grãmaticorum sententiam quam quisq; norit artem in ea se exerceat ut ipe ait Si ita peruerse sentiret Cicero ut a maxilla mala esset: remittendus esset ad grãmaticos tanquã is qui se in ea arte quam non norit exercuerit. Sed si intelliges uerbum Ciceronis nihil aliud dicere uoluit nisi posse cognosci malam primitiuuz: quia ex maxilla detracta sillaba statim fit mala sicuti a paxillo detracta sillaba statim fit palus. nam. x i. detracta & l. quod forma diminutiuorum duplicauit & assumpsit palus fit. Sed dicerent quidam hoc nullo pacto sic intelligi posse quandoquidem Cicero sic ad brutum. Quin etiaz uerba sepe contrahuntur non usus causa sed aurium. quo modo autem uester axilla ala factus est nisi fuga litterę uastioris: quam litteram etiam

e maxillis & axillis & uexillo & paxillo con
suetudo elegans latini sermonis euellit. Quo
pacto igitur hic sermo intelligitur Georgius
si mediocriter doctus fuisset aduertisset. non
dicit Cicero maxillam axillam uexillum pax
illum primitiua: & malam alam uelum paluz
diminutiua insanientis profecto esset hoc cũ
ratio diminutiuorum aut plures syllabas aut
totidem ut pupula pupilla: pauciores requirat
nunquam. Sed Cicero cum de perfecto orato
re loqueretur censuit huius debere sermonem
esse suauissimum: ideo monet necessarium es
se huic consulere auribus: ita si maxilla & ax
illa & alia huiusmodi que pronuntiatioẽ aspe
riora sunt ab oratione & subtecta materia ex
postulentur: ut potius pro eleganti sermone
& suaui malam dicamus quam maxillam: &
alam quam axillam: palum quam paxillum:
uelum quam uexillum: ita ut elegamus magis
a paruo significato quam a suauitate sermonis
declinare. Et ideo ipse ait. Sepe contrahun
tur uerba non usus causa sed aurium. Vnde
cum dicere deberemus in usu sermonis max

illam malam axillam alam paxillum palum
uexillum uelum dicamus : & cum sermo de
beret esse longior quia maxilla malam silla
bis superat: ut malam ponamus loco maxille
alam loco axille palum loco paxilli uelum lo
co uexilli: quod est breuius contractiusq; uo
cabulum. Et sic esse intelligendum insinuat
Seruius quandoquiquidem septimo Eneidos
ita dicens. Vexillum significat quod tractum
est a uelo diminutione & uelum uexillum.
Non igitur doctissimi uiri ita peruerse intelli
gendũ Ciceronẽ putauerũt. malã igitur pro
maxilla & alã pro axilla potius dicendum pu
tat Cicero pro sermonis elegantia etiã si ser
mo axillã & maxillã requireret. nã in mala &
ala & talibus uocabulis est l lr̃a que fluit. In
maxilla autem & axilla & reliquis huiusmodi
inest x que c & s continẽs sermonẽ reddit tar
diorem nec fluentẽ nec mollẽ efficit ut suaui
28 tas orõis expostulat. Iam ad oscilla cõuersus
Georgius multa proponit & hic artem osten
tat: ac si quę dicit essent abstrusiora & me in
crepat : quoniam que ipse dicit non enarraui
inmemor eorum que dixi in libro de homine

in quo ſepe admonui me non omnia dicturuʒ preterea uitioſum eſſet cum de homine loqui uellemus & de homine liber inſcribatur : in declaratione unius uocabuli totum fere opus conſumere. Qui enim uocabula omnium re rum cupiunt non in noſtro libro ſed in aliis reperient. Cum auteʒ diximus menta porcina allegantes Plautum: Georgius tanquam ora culorum interpres hec dicit. Nam ſiue libra riorum uicio ſiue corrigentiuʒ ignorantia ubi polimenta legebatur menta ſcriptum eſt quo ſpiritu uel furore potius ſcis hoc o merula un de uaticinaris in quo libro hoc inueniſti ſtati ad illud priſtinum confugium tuum te uertis ut mendoſum dicas textum: & illum bonum iudices codicem quem tu deprauaſti : ſi ſane mentis eſſes hec diceres nunquam. Nonne ui des nec ratione metri nec ſignificatione ullo pacto polimenta eo in loco dici poſſe. pedem enim ſuperuacuũ quadriſyllabum loco biſylla bi poſituʒ contra metri rationẽ apponit. & po limenta teſticuli porcorum tũc dicunt̃ cũ exi mũtur a pollutõe ut ait Feſtus. Non eni hec

inter esculenta ullus unquam nominauit.
Nam testiculi porcini olim sumptuaria lege
ꝓhibiti sunt. Sed diceres ergo & polimenta
non recte argumentaris. testiculi enim non
semper dicuntur polimenta: sed tunc cum ex
imuntur propter pollutionem auctoritate Fe
sti ut dictum est. Tua siquideꝫ uerba ita po
sita sunt ut hoc modo argumentari uideantur
In textu Plautino polimenta & non menta
poni debent: quoniam polimenta dicuntur te
sticuli conditi. O solertis dyaletici argumen
tum. Est enim huiusmodi: debes mihi aureos
centum quia aurei sunt ex auro nummi: hec
est balbutientis merule ratio efficacissima.
Nonne te pudet huiusmodi deliramenta effu
tire: presertim cum ex arte coquinaria argumē
teris dicens: quo pacto menta porcina dari po
tuissent. Quid obstabat Georgi menta non
posse condiri. nonne hec quoque partes uel
aqua molliuntur uel torrentur igni sicut cete
ra. Diximus quoqꝫ in libro nostro de homi
ne: a uultu uultuosus: quod tristem signifi
cat: ut ait Nonius allegans Ciceronem.

Hic Georgius ut consueuit conuiciis me in cessit: infrequens nimium & negligens Ciceronis lector fuit utpote qui non obseruauerit in quo Ciceronis opere hec legantur que in libro Ciceronis ad brutum de optimo genere dicendi habentur. hic unusquisq; facile intelliget quo ingenio est merula & hominem sine naturali prudentia simillimum bruto esse: nō enī ad hęc intelligenda litterę necessarię sunt sed aliqua naturalis prudentia. Nam si sartor uel cerdo litterarum expers hec uerba audiret non putaret Galeottum in frequentem Ciceronis lectorem propter testimonium Nonii nec diceret Nonium ibi esse allegatum propter uerbum sed propter uerbi significationem Non indiget Galeottus testimonio id esse in Cicerone sed uultuosum illius esse significationis Nonii testimonio confirmat. Nam uultuosus alia quoque significat aut denotat & tamen Galeottus restricte significationis declarationem tunc in Nonium reiecit. Nam si Galeottus uultuosum dixisset tristem dūtaxat non plene expressisset huius dictio

nis uim etiam in ipſo Cicerone de his que ſe cum murmurat merula ut diximus quoniam ad nos non pertinent nullam faciemus mentionem. Non enim iurgia Georgii mihi pariũt faſtidium. ſic eni ut ſepe dixi philoſophamur Ego in libro de homine admonui me nolle ab inſtituto recedere. & Georgius uoluiſſet ꝙ omne tempus in uno uocabulo triuiſſem quod q̃ ex arte factũ eſſet iudicent qui aliqd doctrine ſiliſqꝫ habent nos interea hanc Georgi inſcitiam irridebimus. Vnũ mihi graue
31 admodũ uidetur argumentũ Georgii dicẽtis ꝙ ethimologiam quorundam morborũ inſerere debuiſſem cum uomina greca grece omnio ſcribi debuiſſe ait Georgius. O ridiculum caput ethimologias ponere debuiſſem: neſcis Georgi neſcis profecto legẽ traductiõis que ꝓhibet ethimologias traduci nã doctiſſimus & ſanctiſſimus uir Hieronymus aqlã illũ qui ſic factitauit redarguit. inquit enim. aquila autem proſelitus & contentioſus interpres quia non ſolum uerba ſed ethimologias quoque uerborum tranſferre ipſe conatus eſt.

ethimologia

hactenus Hieronimus. Veruntamē in narratione fieri poteſt aliquādo ut dubia declararēt hoc enim arbitrarium eſt ſicuti Liuius cum de pomerio diſputat & iuris interpres de poſtliminio facit. quando euim huiuſmodi incidunt poſſunt ſeruato ordine materię ſine uicio exponi: in traductione autem que nō ſunt tranſferre: ethimologias quoq; dicere contra artem eſt ymo nec uerbum uerbo curabis reddere. Fidus interpres ut ait Oratius. Inferius etiā merula uult ex auctore facere comentarium. Nam in declaratione ſegmentorum ad minuta queq; me deſcendere optaſſet ſed ego alterius ſententie fui in toto uolumine meo. Quod autem me audacem uocas ꝙ ſclauinos pro dalmatis & liburnis dixerim rideo eter nūq; ridebo tuam admirans inſcitiam. Neſcis Georgi ſclauinos ex ſcythia ueniſſe & hec loca occupaſſe: neſcis pannonias ab hunnis & auaribus fuiſſe occupatas: & inde Hungariam quaſi hunnauariam dictam. Neſcis quoq; o Georgi Epirū ab albanēſibus poſſeſſā quorū rex olim Alexandro donauit canes non ſunt

Georgi in his regionibus illi antiqui populi ſed alii qui occupauerunt illas: nam italia ipſa non retinuit noīa antiqua ſed plerūq; in noīe fluctuauit ut etiam rome facta ſit nominum mutatio. Nemo nūc uocat fluentiā ab illo antiquo opido ſed Florentiā Bononia que olim felſina Ferraria quondā mūetū: forū ſempronii cornelii Imola Fauentia dicebātur non dicas me in hac re audacē ſed diligentē. nā cum de populis loquerer errassem plurimū ſi Pannonios dixiſſem qui nuſquā ſunt: tu autē olī interrogaſti me ubi hoc reperiſſē ego edocui locum ſed tu fortaſſe uel neglexiſti uel obliuioni mandaſti uel inueſtigare neſciuiſti: hec dementia tenet nunc nōnullos qui uolunt haberi docti ut de temporibus Nini & ſemiramidis & ſi qua ſunt uetuſtiora nō inperite loquantur: cum uero de rebus geſtis iam quigētis ſexcentis ue annis loqui debent infantiſſimi reperiuntur. Caricam Georgius dicit ficū dumtaxat non bene antiquorum auctorum memor. Nam carica & ficus & dactilus eſt ut in libro noſtro de homine declarauimus.

fluentia
felsina
mutina
Pannonij nusquam
Carica ficus
et dactylus est
34

Ad cuius rei declaratiouẽ scis Georgi dactilo
rũ arborẽ palmatem dici & Ouidius in libro
methamorphoseon. Palmaris trunci naturam
expressit cuius pomũ ẽ carica cum ait. Rugo
sis carica palmis. est igitur carica suauitatis no
men: & ideo tã fico q̃ dactylo recte tribuitur
In utroq; enĩ est suauitas: nam in pomis & fi
cis sepe hoc fit ut nnũ nomẽ plura cõprendat
sicut ficus morbus & pomũ dicit̃: sed cum di
cis te legisse caréotas pro dactylis nescis disti
guere. cariota enĩ per i scriptũ dicitur dactilus
sed non omnis: nam teste Plinio. Is dicit̃ ex
quo uinũ fit quod caput ledit. Vnde ut ait ip
se. nomen est impositũ: caria enĩ caput dicitur
sed careota per e est pastinaca nigrior a careno
ut arbitror dicta: huius rei testis est Apitius
qui inquit. Careote seu pastinace fricte œno
garo feruntur: aliter careotas sale oleoq; puro
& aceto & aliter careotas elixatas & cumino
oleoq; modico coques: itaq; Georgi cariote
dactili per i careote pastinace per e scribũtur
Sed quid deinde garris Georgi cum dicis in
me hęc uerba quanto ergo distinctius scripsis
set hoc modo dextrã uenerãtes auersam petũt

32

non ſupplices.nam qui dextrã reducis marii
oſculabantur non ſupplicationis ſed uenerati
onis gratia faciebant cum id ſigni ad diſcernẽ
dos amicos marius ſuis dediſſet hec merula
hiſtoriarũ & Lucani inmemor. Venerationis
merula fuiſſe inquis dediſſe oſculum marianę
Lucan. dextre: at non ita ſentit Lucanus qui ait ſecũ
do pharſalidos. Spes una ſalutis: oſcula pollu deprecando osculabantur
tę fixiſſe trementia dextrę. nam pauorem quo supplices
q; eorum qui hac ſpe ſalutis oſculabant̃ marii
dextram non reticuit poeta cum trementia di
36. xit oſcula. A dextra marii deſcendamus ad cõ
dylos quoniã & hic quoq; merula balbutit. Condilus
Dicit enim Georgius arroganter & indocte
Galeottum de dictioẽ greca pręcepiſſe huius
erroris inſcitiam ita coarguit. Ergo ex gręcis
auctoribus & ſignificationẽ & etimon ſume etimologiá
mus qui dicunt iuncturas articuloruʒ in digi
tos: & eminentes ſtricta in pugnũ palma no
dos condylos appellari: quatuorq; digiti au
ctore Ariſtotele & polluce ternos habere con
dylos: pollex uero duos igitur per condylum
pcuſſio fit cũ manu cõpreſſa nodis digitorum
aliquẽ cedimus: hec merula ĩmemor ſuiipſius

Martian

nam in libro de hoíe allegatur Martianus q̃ dicit. Caput illi uirga cõminuens eidem qui bus fuerat eblandita ictibus complicatisq; in condylos digitis uulnerabat cõplicatis digitis inquit & non manu cõpressa licet nullo pacto manus possit in pugnũ claudi nisi condili cõ plicent̃: sed tu credidisti per textũ plutarchi meã confutare sententiã cũ dixit statim expi rasse quẽ pollux pcussit: non hoc dixit nisi ex quodã miraculo: nam pugno occidere cuiuis facile est: sed condylo interficere non nisi pro digiose fortitudinis est. Cum igit̃ pollux dici tur hominẽ condylo occidisse ad eius fortitu dinẽ refertur: sicuti legit̃ de Tiberio cesare. nã articulus ita firmis fuit auctore Suetonio ut recens & integrũ malũ digito terebraret: caput pueri uel etiã adolescẽtis talitro uulne raret. talitrũ autẽ o merula cõdylus est in hac significatiõe nostra: nã pugno puerũ adolescẽ tem ue uulnerare uel inbecillo facile esset. q̃ autẽ Demoschenes a media pcussus condylo in festis liberi patris tantupe affectus cõmo tusq; est non tantũ ipsa percussione quantũ ip so contemptu cõmotus cum in liberalibus ut

plutar

Condylo occidere

Tiberius cesar

Talitro

Demo[s] Athenes

Liberalia

puer condylo percuteretur: quoniaȝ in ipsius contemptũ factũ putauit: Cum diximus condylomata esse cecas hemorrhoidas optime diximus. Nam non hemorrhoidas dumtaxat diximus sed cecas addidimus. cecę autẽ sunt quę non apparẽt: hemorrhoides enĩ fluũt condylomata nihil emittũt. hemorrhois enim est sanguinis fluxus loco prefinitus. Condiloma est etiã tuberculũ loco prefinitũ cũ morbum significat sanguinẽ mime emittẽs: & ideo cecum. Sed cũ merula me hortatur ut medicos consulã amice facit. sensit enim merula hunc morbũ sibi grauissimũ. ideo unũquẽq; admonet ut in hac re medicos consulãt. at tu merula si medicũ cõsuluisses Galeottũ, nunq̃ tibi tam turpiter condylomata confricari rumpiq; optasses olim cũ mendicabas nimiũ est quod intelligit robustos adolescẽtes ad huiusmodi
37 opus patrandũ. Coarguit etiã merula textum nostrũ ubi dictũ est truncũ thoracẽ dici & ad eius uesanię firmamẽtũ multa adducit. primo nanque negat dici truucum nisi corpus capite priuatũ ibiq; Virgilianũ illud ostentat. Iacet ingeus littore truncus auulsumq; hume

ris caput & sine nomine corpus. Quotiēs ego dixi tibi o merula deberes has pueriles ineptias exuere teqꝫ ad rectā intelligentiaꝫ traducere. nam hac dementia es ut cū primū aliqd reperisti illud tibi sit unicū & precipuū. Cur igr̄ miser nō legis nō studes: negas truncū nō nisi capite priuatū dici ut is qui es pegitus litterarū expers. Truncus. ca. cum. Vnde truncus est dicitur mutilatus & ꝑtibus necessariis ac naturalibus priuatus. Vnde Cornelius celsus in prio. Tanq̃ sine trunca & debilis medicina esset: truncā inquit ꝑtibus necessariis orbatā. Lucanus cū de cesare loqueret̄ quē fere legio seditioē reliquerat dixit. Tot raptis trūcus manibus gladioqꝫ relictus pene suo. fuit ne Iulius cesar o Georgi capite truncatus qui multa milia hominū uictoria ciuili uita boīs qꝫ spoliauit Item Lucanus in prtmo. Qualis frugifero quercus sublimis ī agro exuuias ueteres populi sacrataqꝫ gestans: dona ducū nec iā ualidis radicibus herens pondere fixa suo ē nudosqꝫ per aera ramos effundens trunco nō frondibus efficit umbrā. Idem in tertio. Iniectare manū sed eam grauis insuper ictus am

putat: illa tamen nisu quo prenderat hesit diri guitq; tenēs strictis in mortua neruis: Creuit in aduersis uirtus plus nobilis ire. Truncus habet fortiq; instaurat prelia leua. Dic queso merula ubi nã capite trũcati instaurant prelia rursusq; pugnãt. Vnde nos truncũ diximus pedibus manibus q; capiteq; priuatũ & nõ ca pite solũ ut tu putas mutilatũ: negas etiam & postea tibi ipsi cõtradicēs affirmas thoracē id esse quod nos affirmauimus in libro de hoīe Inquis enī sed qd thorax. Idē Iulius thoracē appellat qcqd ãterioris dũtaxat partis a collo usq; in coxendices protēditur quē conficiunt crētes costarũ & rcē dicit: nã coste incipiunt a spina o merula: spiua autē in posteriori ē: tho rax igr̄ secundũ te dicit̄ ps anterior & Iulius dicit fieri ex cratibus costarũ hic teipsum illa queas nonne coste fundamētũ habēt in spina si thorax igr̄ ex cratibus costarũ fit nõne uides thoracē & anteriores & posteriores ptes conti nere quandoquidē a spina incipit. Preterea cũ dicit Cornelius sudor autē & cõsuetudine & mõ & tēpe ex toto thorace & ceruicibus atq; etiã capite erũpit pedibus tantũ & cruribus

siccioribus atq frigentibus nõne ostẽdit luce clarius quid sit thorax. naz si de pte anteriori intellexisset etiã a parte anteriori capitis: sed tu nec Cornelii nec pollucis unicũ uerbũ intellexisti. Iulius enĩ pollux optime descripsit ac prefiniuit cũ dixit thoracẽ ad coxendices usq protendi conficiq costarũ cratibus. naz coste a spina oriũtur: cũ admiraris Pliniũ dicentem. thoracis uitia purgat. thorax enĩ ab excellentia dicit pars cui subiacet cor. unde cũ Plinius thoracis uicia tolli autumat ad partẽ retulit p excellentiã non ad totũ: de ea enĩ parte intelligit qua est nobilior: & thoracis uicia dicũtur quoniã sũt illius ptis uicia que arcẽ hominis idest cor cõtinet. Georgius uero cum thoraca legit in armis putauit munimẽtũ esse anterioris & non posterioris corporis nec uidit Boetiũ qui ait in Isagogis. hois enĩ corpus in ptes suas diuides ita: in caput manus thoracẽ pedes. & si quis alius ordo secundũ proprias ptes fit. Hec Boetius. In fine autẽ huius tãq̃ poraturus noster merula allegat Corneliũ dicentẽ. uel adinania ut guttur: stomachũ: thoracẽ penetrauit abunde. iam ex his patet Corne

lium celsum thoracem accipere pro parte con caba. O ridiculũ caput quis hoc negat o meru la: nonne in homine sunt mẽbra partiꝫ solida partim concaua & inania. Solida sunt manus brachia pedes caput. Inania idest nõ solida sũt guttur. nam peruium est esculentis poculẽtis q̃ stomachus qui illa recipit. thorax idest trun cus etiã inanis & cõcauus: quid igiť deliras: quis hoc inficiatur: dixi ne ego unquã thoracẽ esse solidũ cur te igitur miser non agnoscis: cur ita ineptiis scates. Post hec Georgius sub dit diploidem & abollam esse unum & idem quod licet ad rem nostrã nõ faciat. non ẽ eniꝫ inter obiecta: tamen huius merulę ineptias ui suꝫ est refutare. ubi nã legisti abollam latinũ nomẽ esse cum grecorũ sit habitus. Dicit enĩ Iuuenalis. audi facinus maioris abollę: Stoi cus occidit bo͡rea delator amicũ discipulumq; senex. Et Seruius quod duobus uerbis poeta Virgilius dixit uno uerbo exposuit ille dupli cẽ ex humeris reiecit amictũ: & hic dixit idest abollã que duplex est sicut clamis. Oratius. Contra quẽ duplici panno patientia uelat. du plicẽ igitur amictum idest abollam non dicit

abollam latinum & diploidem grecū. utrūq3 enim grecum est. nam diplois seipsum ostendit grecum & abolla grecorū habitum insinuat. Vnde Seruius de entello siculo tanquam greco dixit abollam: & Oratius de Diogene quem constat cinicum grecanico uestiméto cōtectum & diplois & abolla differunt forma: nam diplois ut ait Hieronimus pallium est: pallium enim oblongū & fluxum & duplex est: abolla uero duplex quidē sed alterius forme. Ita enim ex uerbis Seruii coniectamus cum dicit duplicem amictum idest abollā que duplex est sicut clamis. quantuz autem distet clamis a pallio nemo est qui non intelligat: iā ad alia descendamus. In libro de homine utimur his uerbis ubi collum desinit incipit iugulus qui quasi lacunam quandaz efficit. Hic Georgius nec nostra nec aliorū uerba intelligens dicit. Iugulum est os allegans ad hanc rem corroborandam uerba Cornelii ita dicentis: pectus atq3 humeri circa iugulū utrūq3 extenuātur: & rursus in octauo idē auctor exponēs ossa corporis ait. Iugulū autē ad ipsuz recuruū atq3 neq3 inter durissima ossa numeran

dũ & reliqua: qs negat Georgi iugulũ hac di
ci rõe qa ibi iugata sũt ossa & eo in loco qui
correspondet locis animantiũ ubi iugãtur ne
mo hoc negat: qua enĩ rõe iugulus diceretur
cũ a iugo sit hoc nomẽ nisi essꝫ quędã iugatõ
sed nos in libro nostro declaramus locũ iugu
li & dicimus iugulũ efficere quandã lacunaꝫ
sicuti re uera est. nã illa duo ossa ex utraqꝫ p
te ad illum locũ cõcurrentia lacunã efficiunt
cũ dicimus in iugulo ẽ uulneratus aliqs que
so Georgi ubi intelligetur uulneratus secun
dum tuam stultam opinionem in dextra & si
nistra & in medio: Non ita fluctuat latinitas
habet enim locum pręfinitũ: si quis igitur in
iugulo uulneratus dicetur nõ in ossibus illis
sed circa lacunam uel in lacuna uulneratus cẽ
sebitur. nullus enim in dextro uel sinistro hu
mero ictus iugulatus dicetur alioquin dictuꝫ
Ouidii apponeret superuacua quod tu allegas
per qꝫ latus sũmuꝫ iugulo est exacta sinistro
nam Ouidius ad sinistram parteꝫ iuguli sagit
tam uenisse indicat eo uersu. pręterea ubi
dictum est a nobis iugulum esse lacunam:

Cur a teipso recedis & uerba mea uel dissimu lanter pertransis uel non intelligis. Diximus enim ut iterum repetam iugulum efficere nõ esse lacunam. Accedit etiã ad hoc ꝙ iugulare cum sit uerbum facilitatis in cędẽ ut allegan tes Cornelium ostendimus cum quartana ne minẽ iugulet non in ossibus sed in mollitie quadam & in illa quam uocamus lacunam fit licet plerunqꝫ poetę & oratores sumant nomi na a uicino sicut inguẽ tam membrũ idest reꝫ inguini proximũ q̃ ipsũ locum significat: noli igitur Georgi tam cecutiens in lectitandis li bris esse In eo disticho martialis ubi dicimus tatas ubera dici ab antiquis plurimuꝫ insanit Georgius tanq̃ is qui minimi ingenii nesciat elicere sensum ex eo: reliqua non uident mul tũ displicere: illo cruciatur affectu ꝙ nequit mentem Martialis intelligere: & dicit mam mas & tatas esse dictiones grecas allegãs pol lucem grece scribentẽ. O merula piscis o me rula auis hec nõ spectãt ad te. excedũt enim mẽsurã artis pędagogicę intelligere dictõnes cuiates sint nõ cuiuis facile ẽ: & ut altius repe tamus sũt quędã dctõs coẽs omniũ linguarũ

Inguen
Conthenb
tatas ubera
martia
mamme tate

quia a natura proficiſcũtur. nam ah dolentis totius ſpeciei humanę eſt : oh lacrimantis omnium nationũ: o uocantis omnis linguę: ſic & animaliũ. nam apud iudeos paſſeres pipant ſicuti apud nos mugiũt boues. & apud Perſas & apud grecos ah ah he ridentis tam Chaldeorum q̃ Egiptiorum. balare eſt omniũ ouium nunquã Georgi paſſiones naturales reſtriges ad aliquam linguam. Non enim bene dices o reperitur apud grecos uocantis uel gaudentis ergo dictio greca eſt niſi intelligas grecam dictionem: quia apud grecos prius ſcriptaꝫ repe riſti: ſed hec nõ ẽ rõ ualida : nam aridam pro terra nos reperimus. ut. aridam fundauerunt manus eius. attamẽ hebrea dictio eſt . Sic ut ad rem noſtram reuertamur. mãma & tata ſũt affectus & paſſiones naturales quas pueri ſua ſponte profuderunt nulla diſciplina edocti: & ita teſte Ariſtotile in Phiſicis. pueri omnes mulieres matres uocant. eſt eniꝫ illis coufuſa intelligentia. Vnde nõ mirum ſi grece & latine & barbare infantes ubera uocãt uocabulis coibus ideſt naturalibus parentũ quos uident

ah
oh . o .
arida

buz papas

ut plerunque mammas sepe tatas appellent: & cum buas & papas pro potu & cibo dicūt nullius lingue sed naturalis affectus esse cog noscimus quo ad festiuitatem poetę quam tu mīme intelligere ualuisti aduerte queso Mar tialis ut ceteri scriptores epigrāmatum plerū q; in mores nonnunquam in corporis formam iocantur sicut illud terraz nasus indecens tan git & illud quoq; dūos rogabis ut totum te faciant fabule nasum & illud quoq; preterea rictum qualem defessus inestuz mingētis mu le cunnus habere solet: sic hoc in loco Marti alis uidens affram maximarū mīmarū quam sic uocauit: quia africane mulieres huiusmoi erant ut in moreto legimus: interduz clamat cibalem hec erat unica custos. Affra genus to ta patriam testante figura. pectora lata tumēt mām̄is: Videns inquā iocatur in eam dicens huic affre mulieri. Ex uicio patrie sūt māme & tate. nō enī his caret: sed si uolum9 diligē ter inspicere tanta ē magnitudo tatarū & mā marū ut tota dicat̄ una tata & una mamma: cum ipsa tota nihil sit quam mamma & tata.

virg.

tatę mámę

38

Quid igitur dices affre mulieri esse tatas & mammas cum ipsa tota nihil aliud sit q̃ mammi & tata. & hic est o Georgi lepos martialis habet inquit affra mãmas & tatas sed ipsa est una tata & mamma omniũ mammarum & tatarum maxima: nam poeta consueuit huiusce modi iocis uti sicut ad zoilum inquit non uiciosus homo sed uicium. non enim habere uicium sed ipsum uicium esse contendit sicut de Affra iam sepe dictum est non mammas & tatas tantum habere sed potius totam esse mammã & tatam: & sic maximã tatarum & mãmarum esse. A mammis Georgius ut infantulus in lingua latina transitum facit ad textũ. Nam diximus in libro de homine Plauti textum in milite glorioso & Georgius hec euomit in nos. Indigna dictio latinitatis assertore & eo qui bellum barbaris indixerit. Nam textũ nemo nisi indoctus & plane barbarus dixit hec Georgius o infãtule cur a mãmis discessisti & cur iterum non te subicis ferule cur aliquãdo nõ legis libros latinos miser est ne hoc opus quatuor annorum quod tu

gloriabundus in omni turba hominũ iactitas tam diu studuisti tam diu cogitasti: ut tandem barbarum uocabulum & indignum assertore latinitatis textuȝ esse diceres. Accipe Georgi aliquando helleborũ accipe inquaȝ & nõ delirabis hoc pacto delirium siquidem est hominem qui tres quatuorue codicillos lectitauerit negare nusquam esse aliquaȝ dictionẽ Qui enim hec dicit debet omnia legisse intellexisse & memoriter tenuisse. Incipiamns iaȝ huius miselli uiri atram bilem purgare. Plinius octauo. & quam solam a scutulato textu cõmendat: hic loquitur de textura: sed Georgius dicet tanquã rationis expers textum pro textura filorum & non uerborum dici posse: Sȝ Valerius o Georgi te illaqueat qui sic in quĩto in capite de humanitate ponatur in conspicuo acies qua prostratus est Perses: & harum rerum quas retuli contextus utro magis spectaculo delectentur homines: adhuc Merula uolitans requiret dicens & illud Valerii non uidetur de libris dici. O Georgi Merula cecutieṅs audi uerba Seruii in quinto Eneidos dicentis sic. Figura fit que sit in contextu

sermonis uitiosa hoc satis ne est ad captandã merulam. Citetur adhuc Aurelius augustin9 super eo psalmo dominus deus noster. ita enĩ inquit in finem pro torcularibus psalmus ipsi Dauid: nihil de torcularibus ĩ textu eius psalmi cuius titulus est dicere uidetur. Idem in eo psalmo In domino cõfido. Iam enim satis tractatũ est quid sit in finem. ipsuʒ ergo psalmi textũ uideamus. Idẽ in eodem decenter quippe post textũ sermonis reditur ad caput. Idem in secunda expositione illi9 psalmi. Celi enarrãt gloriã dei in eo uerbo. Et ab alieĩs parce seruo tuo: ita inquit quid sit & quale sit hoc ipsius psalmi textum quantum donat deus breuiter percurramus. Citetur ad hoc etiã Quintilianus. qui nouo institutionum libro inquit. nam neq3 illud in lisia dicendi textuʒ tenue ac rasum leuoribus numeribus corrumpendum erat. Veniat iteruʒ Seruius septimo notandum sane in connexum hunc esse locuʒ si quis totius libri cõsideret textũ adduxim9 multa ut repurgato cerebello miseri & inscii Georgii tãdẽ caput resipiscat. Sʒ cũ uermina in libro de homine admiratur noster merula

cur non dixerĩ uerbũ a noie factũ idest uermi no. Tu admiraris o merula cur non dixerim in qualibet dictione eadẽ admiratio potuit te tenere. Liber enĩ meus non continet omnia tu siquidẽ merula hec miraris & ego non miror te hec mirari quia stolida est admiranda non sunt admirari. Quod rursus de diminutiuis loqueris satis responsum est in parte anteriori. Inferius merula recitat uerba nostra que sũt huiusmodi. Constat enĩ uenter ex pelliculis quibusdam quas uocãt pantices: & subdit merula: hoc non dicit Pompeius Festus qui pantices fluxum uentris esse ait: ex te itẽ hoc discere cupio: de quo uentre intelligas exteriori ne an interiori ut tuo more loquamur hactenus merula resipiscens cognoscit seipsuz cum discere exoptat. Satis Georgi in libro de homine declarauimus: & tu omnia percepisses nisi Festi te uerba turbarent quoniam tu credis fluxum uentris in Festo esse profluuium & morbuz uentris & hic docendus es. fluere est etiam instrumentorum sicut pelliculatum cum extenduntur: Virgilius primo Eneidos Et pedes uestis defluxit ad imos pantices.

ergo ſunt fluxus uētris hoc eſt cuꝫ uenter lon
gior fit & defluit hoc minime fieri poteſt niſi
43 pelliculę laxent̃ fluxumq́ꝫ habeāt. De umbili
co cur ſic loquaris nemo admirat̃. facile eni ē
rei inuente & declarate plurima ad confirma
tionē ornatūq́ꝫ adducere: ſed oībus riſum cō
citaſti cū id Martialis carmen: ſeraq́ꝫ coroni
de longus ita pueriliter exponas cum coronis
dicat̃ cornix que q̃ annoſa fiat oſtendit Ouidi
us. Ora caputq́ꝫ nouē cornicis ſecula paſſę: nā
coronidē in cornicē uerſam fabulātur poete.
Vnde Ouidius. Pulchrior in tota q̃ lariſſea
coronis non fuit emonia. Ad illud Ouidii
quod in libro nr̃o poſitum eſt digitis inter ſe
pectinē iunctis: Georgius hic dicit expecta
44 tabam Galeottū ueneficiorū cauſas curioſius
indagantē atq́ꝫ in propatulo nimis libenter
de magia differentē quid momēti atq́ꝫ uirium
occultarū pertinatim inſerti digiti habeāt ape
rire. Scio Georgi te omniū diſciplinarum ex
pertē tanq̃ probrū mihi obicere artis magicę
peritiā: at ego mihi ad laudem maximā duco
nullius eſſe diſciplinę expertē & indies natu
rę ſecreta atq́ꝫ cauſas rerꝫ indagare & deniq́ꝫ

cognoſcere. hoc enim felicitatis eſt maxime te ſtante poeta. Felix qui potuit rerꝫ cognoſcere cauſas. Vitio ne mihi dabit ſane mentis hõ ſi uerborũ herbarũ & ſpirituũ uim atꝫ naturam intelligere cupio: quod ex ipſa habetur magia Cognitio nãqꝫ harũ rerꝫ & fructũ affert & ío cunditatẽ. nam ſi que tu deſidię ac inertię luxurięqꝫ impẽdis tempa ea nos in arduarũ rerꝫ cognitione cõterimus: nonne apud iuſtos pro bosqꝫ uiros meremur laudẽ: fateor me artis magicę plurima uoluiſſe uolumina & publice de ea copioſe ſolerterqꝫ diſputaſſe tanq̃ de re in natura mirabili. nam ea uidetˀ uera philoſophia quã & excellentiſſimi philoſophi ſecuti ſunt inter quos numeratˀ Porphiri9 & optimi & doctiſſimi reges e quorũ numero numam Pompiliũ ſecũdũ regẽ romanorũ & Moiſen diis & homĩbus acceptũ & uitę ſanctimonia conſpicuũ fuiſſe: tu quoqꝫ fateberis. Sed dices cur xp̃iana religio interdixit & romani etiam cũ oĩa fere ſacra recepiſſent magiã penitus abdicarũt. ad quod alluſit poeta ĩ quarto eneidos. Teſtor cara deos & te germana tuumqꝫ dulce caput magicas in uitã accingier artes.

91

Religio igr̃ tã nr̃a q̃ romanorꝝ huiuſcemodi artes uetuit quoniã in his reperiũtur plerũqꝫ fallaciȩ & uanitates que ſũt admodũ ſupſtitioſe & piculoſe nõ recte tractãti atqꝫ intelligẽti. unde fuit neceſſariũ anicularũ deſipientiũ in hac arte temeritatem edicto cohibere & ab huiuſmodi ſacris deterrere: nã nõ mõ ab his ſed etiã ab omniũ confeſſione optimis & ſanctiſſimis operibus qui nõ ſũt iniciati repellũť non eni oẽs ſancta ſanctorũ aditũqꝫ adeunt: uerbaqꝫ illa quibus euchariſtia cõficiť ſecretiora ſũt nec ſine piaculo enũtiari tractari ue poſſunt niſi a ſacerdote. ſic etiã artẽ magicã non niſi optimi uiri & ſummi philoſophi ediſcere aut edocere aut exercere debẽt. Indignãť eni ſpiritus qui ſe humana natura excellentiores putãt & ſũt malis & cõtamĩatis pollutiſqꝫ uiris parere. Eſſe autẽ nobis excellentiores oſtẽdit Apuleius qui dicit demones eſſe genere aĩalia aĩo paſſiua mẽte rõnalia corpe aerea tpe eterna: ſunt inq̃ excellẽtiores licꝫ auguſtinus multa dicat in cõtrariũ. Vnde uera magia prius hoiẽꝫ optĩs format moribus: deinde iubet maĩbus pedibuſqꝫ ut ita dicã lotis & corpe ac

apuleius

demonum na[...]

mēte pura ad magorum ſacra accedere: magus
eni perſarū ligua ſapiēs & ſacerdos dr̄: magia
autē erat perſarū religio . qs unq̄ integros ui
ros ſacerdotio ꝓhibebit: lege aliquando lege
inq̄ ſi cetera intelligere neqꝫ apuleiū & apud
eū hec de magia repies. auditis ne magiā q eā
temere accuſatis artē eſſe diis īmortalibus ac
ceptā colēdi eos atqꝫ uenerādi ꝑ gnarā piā di
ui ſcientē. nō igr̄ Georgi gramaticule de his
loq debes que peītus ignoras: & cū audis Ga
leottū de arduis rebus diſſerentē ingeīculat9
ora ut tibi hoī rudi admodū & ruſtico liceat
aliq̄ nō dicā diſcere quoniā hoc nō poſſes ſed
audire ꝑticulā ut hec audiēdo brutū exuas.
Diximus etiā nates ſedē quoqꝫ uocari & Ge
orgius ut cōſueuit uoluiſſet nos latius dixiſſe
ac ſi in uno quoqꝫ uerbo eſſemus uolumē ſcri
pturi quod ē cōtra artē & inſtitutū nr̄m & cū
allegauimus Pliniū nō ea mēte allegauimus
ut locū indicaremus ſed ut oſtēderemus hoc
uocabulū ſedes ī alia quoqꝫ ſignificatōe repiri
q̄ cois opinio ferat: nā ſedes locus ſup quo ſe
det. Vnde Perſius. Sede legens celſa: & ob
huius ſimilitudinē natiū tumores ſedē nūcu

parũt tanq̃ hi ſint ſup quibus ſedeamus. quã
do igr̃ medici de ſedis uiciis locunt̃ de his in
telligũt que ſedi propria ſũt: ſ3 in tumore na
tium nullus morbus aut uiciũ piculoſu3 eſſe
poteſt: de morbis uiciiſq3 ſedis ſcribẽtes intel
ligũt de ea parte ſedis que huiuſmodi morbis
obnoxia ẽ: ut ſi quis de uicio pedũ aut capitis
ſe dicturũ pollicet̃ nõ de leui morbo & ĩ pel
licula ſupficieq3 exiſtẽte intelliget. is enĩ non
indiget artifice ac medico perito ſed de interi
ori uel exteriori graui uel articulorꝝ uel oſſiũ
uel taliũ itellig3: at caput & pes id ſignificãt
quod prima fronte oſtẽdũt. Sedes igr̃ a ſedeo
locus ubi ſedendo flectimur appellat̃: & cum
Paulus Eginita de curãdis fiſtulis que ĩ ſede
naſcunt̃ pcepta tradit: nõ de aliis loqtur q̃ de
his que naſcũtur. naſcunt̃ aute3 crebro fiſtulę
in ea parte ſedis que eſt circa anũ nõ tamẽ ex
hoc negat aliã quoq3 partẽ ſedis appellatõe cõ
tineri: quomõ culus diceret̃ ſedes cũ culo nõ
ſedeamus. latet enĩ ipſe inter tumores natiu3
tanq̃ ps uallis inter colles: ſed in hac tua col
locutõe ſemp ut imperitus lr̃arũ grecarũ Ga
liẽnũ ꝑ medico quadriſillabũ ponis cũ grece

Ceuere trisillabũ sit & duplicato l scribat̃. dr̃ enĩ gre
ce Gallenus. Post sedẽ merula ceuere uerbũ 96
aggredit̃ quia in libro nr̃o diximus ceuere est
molliter & obscene clunes mouere. & hoc cy
nedi facere cõsueuere cũ turpia patiũt̃. Vnde
Persius tanq̃ de uirilitate Romuli dubitaret
ait. an romule ceues hic subicit merula: sʒ Per
sii dictũ tantũ a sensu Galeotti distat quantũ
ipse a modestia & uerecundia abest: ergo quod
parũ uirilis fuerat romulus Satyrus dubitat.
quin potius eũ uenuste carpit qui adulatorio
gestu nimiũ poetã laudat. nam querit belluʒ
hoc bellũ hoc an romule idest romane nostri
tẽporis ceues hoc ẽ agitando clunes adularis
quippe ut assentator uix ferendus nõ solũ uer
nili uoce sed illiberali motu corpis fidem cũ
gratia apud credulũ poetã queris: Hec Geor
gius a moribus suis nunq̃ discedens cõuiciis
semp incessens Galeottũ: & hec quoq; tolle
rabimus. unũ tamẽ in hac stulta locutõne Ge
orgii dignũ laude est q̃ uidet̃ seipsuʒ cogno
scere: putat enĩ se caneʒ: nam canes cauda clu
nibusq; adulantur: sic Georgius cũ uult adu
lari nõ arridet non laudat sed clunes uertit:

& illas mouendo applicandoq; mẽbris & na ture & gremio poetarũ blãditur ac adulatur queso Georgi huiusmodi adulationes agitatis clunibus ne amplius feceris nec credas romu lũ tui similẽ culo caudaq; adulantẽ. Non in telligis tu qui culo adularis dictũ Persii. Su pra enĩ dixerat. Cum carmina lumbũ intrant & tenero scalpuutur ubi intima uersu. hinc Satyrus dicit hoc in loco. O tu qui laudas hu iusmoĩ lasciuos uersus & dicis hoc belluz & hoc bellũ es ne tu talibus moribus ut ceueas ex quo tantopere hec lasciua & impudica car mina laudas & admiraris: posuit autẽ romulũ pro omnibus romanis qui illius quẽ deuz pu tabant debuissent esse imitatores. nam sic de more auctorũ est qui uicia insectãtur romulũ inuocare & nomiare. Horatius primo sermo nũ. Atq; cum grecos facerẽ natus mare citra. Versiculos uetuit me tali uoce quirinus. Post mediã noctem uisus cũ somnia uera. Et Sal lustius in Ciceronẽ. O romule arpinas. & Iu uenalis. Rusticus ille tuus sumit recedipna quirine: & Catullus. Cynede romule hec ui debis & feres: cynedi sunt qui turpia patiunt̃

romulus p oibus romanis

Horati

Salustius

Iuuen.

Catullus

Cinedus romulus

de natus sit: uel ꝙ equuleus ut putāt loco eiꝰ
suppositus saturno fuerit quez pro neptumno
deuorauit: uel ꝙ tridentis ictu terre equū ex
ciuerit cui ob hoc in illirico quaternos equos
iaciunt: nono quoq; anno in mare hec festus.
Sed pegasus siue petasus equum significans
sūmis edificiis imponebatur in honorē illius
dei cui omnia fundamenta sunt consecrata: &
cuius potestati omnia edifitia tribuūtur. nam
hec sūma & excelsa tribuūtur ciclopibus. Vn
de Virgilius. Ciclopum educta caminis mœ
nia conspitio: Ciclopum uero parentem perhi
bent esse neptumnum. De petaso antem pro

equo paulo poſt dicemus: interea ridebo quia grecum ſuidam ineptiis ſcatentē in ſignificatione a latinis aſſumpta adducis: cum apud grecos ſuidas nō maioris auctoritatis ſit q̄ apud nos papias & dictionū grecarū ſignificationē non ſemp nobis cōuenire ſupius declaratum eſt. Et rurſus Georgius inquit. ſed illud ante oīa in Galeotto miror ꝙ Suetonii uerba diligentius non pſpexerit & tā expers delitiaruꝫ noſtrarū ſit ut putet ad arcendū ſolem calciamentis nos tegere: ubi ſūt iſte tue delitie qa noſtras te admiſcendo dixiſti: ſunt ne in moribus. at ruſticus & improbior ſatyram ſcribēte Cinedo. In facie ne at monſtrū hominū es ſunt ne in locutione at cum loqueris ſternutare uideris ſunt ne in doctrina at ne grāmaticam quidē noſti: ſed forſan in nobilitate generis cum incerto patre ſis genitus: ambiguum enī eſt ex qua ſis ſtirpe: ſed miſſa iſthanc faciamus: cum ego dixi ex textu Suetonii ꝙ auguſtus domi quoqꝫ non niſi petaſanis ſub diuo ſpatiabatur de calciamento locutus ſum non de galero. Suetonius enim duo in illo ſermone de auguſto inſinuat & ꝙ erat ſolis impati

ens & humiditatis: de sole nihil quia multa poterãt adhiberi remedia. potuisset enĩ sub tecto esse uel in umbra ambulare uel alia quoq3 facere: impatientiam uero humiditatis tetigit cũ dixit domi quoq3 sub diuo non nisi petasatum incedere: humidiora enĩ domestica detecta sunt q̃ tecta plerunq3: unde cu3 sub diuo ambulandum erat domi idest in loco detecto propter pedũ humiditatẽ petasatus incedebat cũ alias nudis pedibus esset. Vnde ide3 Suetonius dicit: & forensia anum & calceos nũq̃ non intra cubiculũ habuit ad subitos repenti nosq3 casus parata: est ergo calciamẽtũ petasus & non galerus. nam si petasus pileus diceret rectius in sole cõuenisset quandoquide3 solis erat impatiẽs: sol caput humiditas uero pedes offendebat: & hoc insinuat Suetonius: text9 Ciceronis dictũ nostrũ cõfirmat. illi enĩ tabellarii parati. nam petasati idest calciati erant ad ambulandũ: assumpserant enim calceos uiatorum. quid enim more esset posset in pileo quo minus parati dicerẽtur. nullus enĩ uiator paratus diceretur quia pilleũ habet. At si ocreatus petasatusq3 est tunc iter assumpturus uidetur.

augustus petasatus

Sueton

cicero

pileus enī facile & cito ſumitur & deponitur ſed petones & petaſi & ocree non niſi cū mora apponūtur: tabellarius igitur petaſatus ocreatusue ad iter paratus uidetur. Sed cū allegas turpilium indicas te moribus & doctrina turpem. quid enī oſtendit textus turpilii o miſer ſi diceremus hic caligat9 capite ānuit. hic ocreatus oculo innuit dices ne propter hoc caligas eſſe capitis tegmentū & ocreas oculorū: & ſi dixero hic clipeatus comedit ex hoc ne tu clipeum oris inſtrumentū eſſe cōiectabis: quando Turpilius dixit: & petaſatus capite annuiſſet habitū tetigit illius qui annuit. dicit enim calciatus ille non reſpōdit ore ſed capite annuit. ꝓ autem petaſus quod fueramus pollici ad equū uelocē & ad pedum extenſionē celeritatēq; referatur lege illud Calpurnii in ęgloga ſexta. Aſpice q̄ tumidū genus eſt ut ſcitis equarū: non iugale mihi quarū de ſanguine ponā: uelocē petaſum qui gramina matre relicta nūc primū teneris libauit dentibus: & Feſtus dicit petilanſuram ungulā equi albam eſſe. His igitur pactis rurſus carpimur: diximus enī ita maiores noſtri talos uocauerūt cubos & teſſe

ras: sūt. n. tali ad ludū, me quoq; p talos uene
rē querēte secundos sp dānosi subsiliere canes
hinc diminutiuū taxillus: hic Georgius dicit
talos nō ēe tesseras utēs testiōnio Martialis.
nō sū talorꝝ par tessera dū sit miror q̄ talis alea
sepe hec mihi merula argumētatiu9 īscius ige
nioq; & oculis hebes: certū ē ꝙ tal9 tessera ē
aliquo mō hoc ē quādo formā dicit quadratā
& aliquo modo non. s. cū significat sortem.
tessera nāq; late patet pluraq; significat: nam
tessera est quedā mensura a numero mensium
appellata ut arbitror propter institutionem au
gusti qui ter in annū ut ait Suetonius quater
norū mensium tesseras dare destinauit: siue a
mensura quadā ut quidam putant. Vnde Per
sius. Qua uilis tessera uenit: & hoc erat signū
ciuilitatis romanę. nemo eni frumenti tesserā
ex publico capiebat nisi romanus ciuis: cuius
rei etiam Persius meminit libertate opus est
non hac ut quisq; uelina publius emeruit sca
biosum tesserula far possidet. hoc enim ex pu
blico donū dabatur in signum ciuilitatis: ad
cuius similitudinē tessera signum belli dictū
uidetur. Vnde Virgilius. It bello tessera sig

num. nomen enim illud quod ciuibus cõmunicabatur tessera est quasi signum ciuilitatis ascriptę: ciuem enim esse ostendebat uel unũ de suis. tessera etiam est instrumentũ lusoriũ & casus & sors ipsa in ludo: de qua Victruuius. v. ubi etiam tessere quas in alueo ludentes iaciunt. Ouidius. iii. de arte amãdi. Parua monere pudet talorũ dicere iactus ut sciat & uires tessera missa suas: talus igitur instrumẽtũ tessera uero sors & numerus in taxillis: talus uero nunq̃ significat numerũ. non igitur mirum quod ait Martialis in quarto. Supposita est blando nunq̃ tibi tessera talo. Alea sꝫ parce sola fuere nuces. quo dicto declarat nũq̃ se ad sortẽ talorũ posuisse sed ad sortẽ nucuꝫ cũ nucibus luditur: alea est ludus fortune subiectus qualiscũqꝫ sit: ideo & a Lucano alea fati dicitur tanq̃ eius quod casus cõtinet: unde talus formã quadrã significat dũtaxat: tessera uero instrumentũ quadratũ & sortes ipas: nã talus a forma ipsius tali: tessera uero a q̃dratura dr̃: sed placuit quoniã tessera & mẽsurã & signuꝫ belli & quadri significationem gerit maioris significationis esse ut sortẽ significaret.

sors nãq cũ ꝓpitia ẽ affert & est illi fortune similis que ciuẽ ab hoste discernit facitq ciuẽ romanũ tesseras farris promereri: unde conclu dimus talum esse tesserã ratione qua diximus forma enim cõcordat: & Victruuius tesseras iaci in alueũ dixit ad instrumentuz referens. Vbi autẽ Martialis inquit: hic mihi bisseno numeratur tessera puncto bene dicit: in tesse ris enim significãtibus talos idest instrumẽta lusoria huiusmodi sors erat ut numeruz habe ret duodenariũ. nam canisi caniculi: senio ue nus: uulturius hercules basilicus que sũt noĩa numeroꝝ nũq̃ dicũt tali sz cubi ueltessare nã illi istrumẽta solũ hec & istrumẽta & sortes ĩ strumẽtorũ gerũt: sic quoq illud Martialis so nat. non sum talorũ numero par tessera: nam cũ tali numeros haberẽt paucos usq ad sex se exẽtdebãt: tessera uero cũ sortẽ significat fa ciebat oẽs numeros sortis & basilicum & uul turium & uenerem cui tricenarius numerus tribuitur teste Acrone: & quoniã supra de al ueo mentionẽ fecimus sciendũ est alueũ dici ubi aliqd fluit: unde & alueus fluuiorũ dr̃ & tesserarũ. i. talorũ q etiã fluũt. Plini9. xxxvii

natuarlis historię transtulit alueũ cuȝ tessaris lusoriis e geminis duabus latũ pedes tres longũ pedes quatuor: alueũ autẽ nõnulli pirgum a pergendo dixerunt. Horatius secundo sermonum. Scurra uolaterius postq̃ illi iusta chiragra cõtudit articulos qui pro se tolleret atq; mitteret in pirgum talos mercede diurna conductum pauit: pirgum tabularium alii fritillũ uocant inquit Acron. sicut pirgum a pergẽdo ita fritillum a sono & fricatione taxillorum dictũ arbitror: & quod acron tabularium a similitudine dixit. Virgilius in georgicis. Aut populi tabularia uidit hic res populi ibi sortes inspitiũtur. Sed Iuuenalis tabulã dixit: non .n. loculis comitantibus itur ad casum tabule posita sed luditur arca. Seruius. ii. eneidos inquit. Palamedes dicitur tabulas inuenisse: si tabule pro ludo latronum accipiuntur ut cõmunis opinio fert. ludum enim latronum palamedi tribuũt: quid obstat quin latrões ꝓ ludo tabulas dici putent: sed ut ad rem nostraȝ reuertamur satis ostensum est auctoritate Victruuii & auctoritate Plinii qui dixit. Alueum cum tesseris lusoriis fuisse translatum.

non enim ille sortes que a casu ueniūt & mutantur pro iactu sed instrumenta portauit. sed cū nescio que somppnia refers merula dignus irrisione es: dicis enim te putare firma fuisse concaua liberū fuit tibi hec & stultiora finger nam dicere poteras solida uel rotūda uel quauis alia figura: liberū eni est cuiq3 delirare & inania loqui: unū a te peto quid contra nos dicit Plinius a te adductus: quid inquā si talus rectus est nōne potest rectus & quadratus ēe si aliquādo contignationem domus inspiceres profecto uideres ibi recta & quadrata tigna. quid item cōcauitas interior demit quadrature exteriori: quid garris miser: quid somppnias nam tu teste Agellio dici cubos tesseras affirmas: cubus uero dicitur a numero. in unoquoq3 enim talo siue taxillo sūt puncta. xxi. nam unū duo tria quatuor quiq3 sex. xxi. cōstituūt Impositū eni est hoc nomē grece quia unū cōtinet cubicū numerū ex oibus pūctis. Boeti9 i secūdo arithmetices ita inqt. nā si ōs ab unitate ipares disponant iūcti figuras cubicas explicabūt. i. iii. v. vii. viiii. xi. xiii. xv. xvii. xix. xxi. in his igitur q primus est ptāte & uirtu

Plinius

Agellius

Cubus qd

cubicus nus.

Boetius

te primũ cubum faciet: iuncti uero duo qui se cuntur ternarius scilicet & quinarius secundũ efficiunt cubum: qui est octonarius. iuncti ãt tres qui secuntur septemnarius nouenariusq; & undenarius cubuz faciunt qui. xxvii. nume ro continetur qui est tertius & sequentes qua tuor quartum & qui secuntur quinq; quintuz & ad eundem modũ quottus quisq; cubus ef ficitur tota cõiunctione impares apponuntur. hoc autẽ diligentius subiecta descriptio docet .i. iii. v. vii. viiii. xi. xiii. xv. xvii. xviiii. xxi. xxiii. xxv. xxvii. xxviiii. Primus secundus a duobus tertius: a tribus quatuor: a quatuor quintus: a quinq; ab uno semel: bis duo bis: ter tres ter: quater quatuor quater: quinquies quinq; quinquies. Cubus igitur talus dicitur ab uno numero cubico continens puncta. xxi & quia principium habet cuborum. Sed quid de tripode respondebo merule qui non putat idoneã rationem quam assignauimus cũ erat premium uirorum fortium: Merula autez di cit non solum uirorum fortium sed poetarum & doctoruz fuisse premiũ quis hoc o Georgi unq̃ negauit cũ nos diximus ẽe uiroꝝ fortiũ

Cubus

tripos

59

premium retulimus ad ueritatem historię.
nam laurea tripos & alia huiusmodi fortiuꝫ ui
rorũ prius fuerunt premia qui aliquid ꝓclari
gesserunt: tripos propter aminiculũ tertii pe
dis ut diximus: laurea autẽ quoniam ex lauro
que perpetuo uiret. His igitur qui fortia ege
runt talia data sunt premia: poetis uero poste
rius tanq̃ his qui eorũ gesta litteris mandãdo
conseruãt: non minor ẽ uirtus q̃ querere par
ta tueri. primo pro fortibus hec excogitata sũt
qui aliquid pro re p. gesserunt: deinde & po
sterius ꝑ quandã similitudinem his sunt tri
buta qui scribẽdo rem posteritati cõmendant
ut hec exempla posteros ad uirtutẽ inflãment
ꝙ autẽ greci dicunt cantoribus dithyrambici
carminis ad imitationẽ apollinei tripodis quẽ
phoebas ascẽdebat quid ad nos siue ille tripos
talis fuerit qualis in temploapollinis cõspicie
batur nec ne siue alia de causa certissimũ ẽ ex
institutione antiquorũ in templis pulchriora
fuisse posita huius rei testimoniũ facit poeta
qui ut ornatas & pretiosas diceret mensas ap
pellauit deorũ. ꝙ autẽ ut ex tripode apollinis
ꝑ u & nõ ꝑ o scribendũ censes ostẽdis te pei

tus inſcium linguę latinę & artis grãmaticę. naʒ apud latinos o & u ſepe inuicē ſibi cedūt teſte Priſciano. alii enī populi italię dicebant acheruntē per. u. alii acherontem per. o. ſed a grecis ad noſtra tanta fit plerunq; mutatio ut oſtendimus & in pronũtiatõe & ſcriptura ut nõ uideant̃ eadē: & ipſi dicũt bus nos bos: que igit̃ inſania te inuaſit ut admireris ſi trip9 apud grecos fiat apud nos tripos: hec tamē nõ faciebīt ad rem quoniā in libro noſtro de ſcriptura fit mentio: preterea multũ falleris cum credis omnes cortinas eſſe tripodas. nam ſolũ locus uaticinatõnis cortina dicitur uel a corio phitonis uel a corde & teneo ſiue tendo ut ait Seruius: hinc illud nec te phebi cortina fefellit. ita enī putāt grãmatici ſed cortina alterius ſignificatõis eſt. uas enī plumbeuʒ uel ereum ſignificat ut eſt apud Plinium in. xv. preterea concas & plumbeas cortinas aere uitiari. Ideʒ in eodem. E nucleis ipſarũ ignis aptiſſimus & ecortinis in labra fundendũ. Cortina uero a continendo dicitur uas q̃uis & illud apollineum a continēdo phebades non iniuria contra Seruiũ dictũ uideat̃ & non a corio uel corde

Carbunculus

Georgius iterũ atq; iterũ relabitur ad illam suã uesaniã cum dicit diuersa esse uerba mea quę de carbunculo habent a uerbis Cornelii: qd ad rem non ego obnixe operã dedi ut nulli sim penitus similis in dicendo a ueritate discedens nunq̃: uno nãq; uerbo declarauimus naturã carbunculi cũ diximus esse suppurationẽ dictã ad similitudinẽ carbonis. Ipse uero Cornelius declarat qualis est ista suppuratio: nam mõ nigredinẽ modo liuorẽ mõ pallorẽ tribuit & pusulas: nonne o miser suppuratõ a pus deriuatur: est eni pus & pusula illa que uidetur radix carbũculorũ cũ credas diuersa sũt eadẽ & nostra & Cornelii ad sensum: nam suppuratio est ubi pus subest: & Cornelius ait. Pusulas i carbunculo nõ nimiũ eminere: quod nil aliud est q̃ subesse: pallor uero & liuor in carbone cõprendũtur ut ipse magis minusue ardens uel ut magis minusue extinctus est: liuor nãq; impfecta nigredo & pallor diminuta albedo cẽsentur. de eo autẽ quod tecum in murmuras quia ad nos nihil attinet nõ faciam uerbũ. q; autẽ Varro carbunculũ a similitudine ardoris dixit eius sententiam cõprobamus

Cornel[ius] 61

Suppuratio a pure

pustula

cornel

varro

effectū enim tetigit sed nos ostendimus for
mi eorū lapillorū qui sunt carbunculi terrę:
qui rotundi sunt non ualde ledunt: qui uero
angulares & quasi tessellę exulcerāt sata & p
consequēs adurūt quoniā cicatrix exulceratę
arboris humoris succiq; priuatōe uidet̃ adusta
nam adustio non mō caloris sed aliarū rerum
& frigoris est. Vir. in georgicis. Penetrabile
frigus adurit. Lucanus. Vrebant montana ni
ues. Sed queso Georgi unde tibi in mentem
uenit tessellas nō posse naturalibus applicari:
& credis solū manu facta tessellata dici: unde
hoc imaginaris: nam teres dicit̃ natura & arte
rotundū quoq; arte & natura longū similiter
utriq; tribuitur: quadratū quoq; huiusmoī est
qua igit̃ phrenesi raptus tessellis naturam frau
dasti cum natura sit artifex peritissima quanta
etiam stultitia illud adicis cū ais Plinius item
de hoc genere terrę scribēs de tessellis timet
quid sibi uult hoc silentiū: dic queso silentiuʒ
Plinii: ostendit ne nulla posse quadrata natura
reperiri. at Martianus signa celestia dixit esse
quadrata: tesselle & quadra differūt secundū
linguā grecā & latinam. naʒ tessella a tesseris

idest quatuor & quadra a numero fit quaterna rio: tu non tenes uim nature quã artifices imi tantur imo oĩa que arte fieri uidẽtur prius sũt naturalia quod satis tibi ostendisset Plinius li bro nono cũ de concis meminit. dicit eniꝫ iã distinctione ungulata: crinita: crispa: cunicula tim: pectinatim diuisa: imbricatim undata: cã cellatim reticulata: cum cuniculi pectines im brices cancelli & retia manu facta uideantur: & ante fuerũt q̃ artifices hec facerẽt. sed nũc intelligo astutiã tuã nimiũ timuisti ne tessere & tesselle pro quadris accipent̃: quoniã nega sti tesseras esse taxillos sed sortẽ tantũmõ pu tasti: hic aliquantulũ resipiscis quia tessellã cũ a tessera sit nõ paruã sortẽ sꝫ formĩ dixisti nõ natura sed arte quadratã: iam ego uideo tesse ras & tessellas tibi esse fatales sicut nomẽ sci pionum affrice. De his satis ueniamus ad alia diluenda: in loco quodã diximus ascitem que est species hidropis ex humore fieri: cum alia ex uento alia uero ex carne sit: cuꝫ dicimus o Georgi uentosam hidropem uocari timpanitẽ ex hoc sermone colliges timpanũ dici uentuꝫ quis enim textum ita insulse ac puerse intelli

Plinny

63

asitos

timpanitos

geret ut ex his uerbis crederet timpanū signi ficare uentū. nam uentus est causa: timpanum uero reddit similitudinē: tactus enī uenter resonat & cōcepto uento timpanū imitatur: Sic cū ascitem ab humiditate dicimus non ex hoc sermone innuimus ascitem humiditatē significare. Dicit̄ enī in libro nostro. Ascitis ex humore timpanitis ut timpanū. Si enī ascitis ex humore cōstat non statim fit ex uerbis nostris ut tu putas ascitem humorē dici: sicut cum dicimus timpanitē uentosū morbuꝫ non ex hoc affirmabis ut timpanū dicatur uentus. dicitur autē ascitis ab utre quod certissimum est idest ab instrumēto & uase humorē continente: sic textū nostrū intelligere debuisses. ita eniꝫ positus est: Sed hidropis tres speties a medicis & a Plinio & a Cornelio ponuntur: ascitis ex humore. s. est timpanitis quia corpus ut timpanū. s. sonat hiposarca. s. est cū caro subcrescit corpusq꞉ tumefacit: nam si ego dixisseꝫ ascitis dicitur humor tunc fuisset in sermone uitium sed dico ascitis ex humore est uel fit: sicut pleruuq꞉ uerbū subintelligimus. Cum autem tu multis ac uariis nominibus & spetiebus rem

hanc locupletare temptasti functus es officio eorũ qui comẽtarios in libros faciũt. qui eniꝫ particulatim expoĩt expositorẽ se non auctorẽ profitetur: licet tu in hac tua expositione plurimũ erres: nam in fine dicis timpanite nõ solum dicĩ ꝙ uenter intendaẽ ĩ modũ timpani sed ꝙ creber est sonus in modũ timpani: nos paucis hec & plura cõplexi sumus cũ diximus ut timpanũ est ibi & extensio & sonus includitur: sic loquũtur docti uiri o merula ut paucis multa cõprendãt ut facile in omnibus & ĩ Liuio intelliges: dicit eni Liuius ĩ secundo. Ab urbe condita mutium dimissuꝫ cui postea sceuole a clade dextere manus cognomentum inditũ quo pacto merula intelligere mutium sceuolã dictum a clade dextere manus: statim diceret sceam esse dexterã: & hoc est falsum. nam scea sinistra dicitur & hic dictus est sceuola quia amissa dextra est usus sinistra. Ecce denuo merula insanit cum optat morborum omne genus a me positum fuisse nõ aduertẽs quod in eo libro diximus & sepe iam admonuimus non omnia dicturos: fuisset enim labor & loco & tempore infinitus: Sed rogo o

Liuius

merula dicas in quo displicent uerba nr̄a que huiusmodi sunt. Impetigo est quedā cutis fedatio serpens cum pruritu. quapropter quidaʒ minus idonei serpiginē nūcuparūt: & quia uolare idest celeriter crescere uidetur uolaticam scabiem uulgo appellant: nonne una locutōne omēs species tetigimus ꝙ ait Cornelius minime mala est que similitudine scabiem rep̄sentat in nostro sermone uolaticam scabiē uulgo appellant. Cuʒ autem rubet & durior atqꝫ exulcereta est & similis papule figuras habēs uarias & rubra est & que crassior durior & summa cute funditur uehementiusqꝫ rodit apud nos est quedā cutis fedatio: fedare enim ē maculare & cruentare. Virgilius. Sanguine fedātem quas ipse sacrauerat aras. Idem pro sordibus & maculis & fedant omnia tactu: cum rubra est fedatio est cū sūma cute funditur uehementiusqꝫ rodit & cuʒ squamis aspera est tūc est cutis asperitas cum est serpigo: serpit enim uitiando & hoc fit corrodēdo squamosa & nigra: squamosa sub scabie nigra sub fedatione cōprehenditur. Quartum genus ex rubrica & nigra & pallida denominatione clarescit: &

hoc quoqꝫ cōprensum est in superioribus: un de dicendū est nūq̄ quicquā rectius breuius siguatius dici potuisset de omnibus illis speciebus ab eo qui aliquid tangere uoluisset q̄ generali diffinitōe species includere: dixim9 nāqꝫ: impetigo est cutis fedatio serpens cū pruritu: quapropter quidā minus idonei serpiginē nuncuparūt: & quia uolare idest celeriter crescere uidetur uolaticam scabiem appellant: scabies asperitatē: fedatio colores uarios: serpere corrosionē: duritiā etiā cutis fedatio quoqꝫ exprimit: recedit enim a natura sua. De furunculo adhuc dubitat merula medicinę inscius si aliquid didicisset ex usu & experientia uidissꝫ furunculū aut in extremitatibus digitorū aut inter nates: sepe in angulis oculorū: nōnunq̄ in curuatura cubiti: aliquando sub ipsa hernia aut in locis occultioribus quotiēs uidimus huiusmodi furunculos circa imū nasi quotiens sub genu: que omnia grāmaticulus & pedagogulus Georgius considerauit nunq̄. hucusqꝫ Georgio respondimus hilariter quoniam quibusdā iurgiorū ineptiis exceptis que ipse ex leuitate pfudit retulit quedā que potuissent

pueros mediocrirer eruditos aliquātiſper mo
uere: & ideo mihi uiſum eſt non eſſe ab re ſi
apud pueros quoq3 diſcendi cupidos nr̄a tue
remur tum amore ueritatis tum etiā ne Geor
gius ex illa ſua ingenita leuitate plus ſolito in
tumeſcat: ſed iam ad unū deuenim9 quod me
ſūmopere cōtriſtauit: nulla enī iam etiā apud
pueros poterit uoſtri apologetici eſſe ueriſſimi
lis excuſatio: dicent enī omēs quid opus erat
illius iurgia & obiecta maledictaq3 refutare q
penitus ignarus eſt & qui uix prima habuit ru
dimēta: ſed bona uenia reſpōdebimus ut tan
dē huic reſponſo ſuprema manus imponatur:
66 diximus in libro noſtro: lichen quā latini mē Lichen
tagram appellāt quoniā a mento incipit: Hic montagram
Georgius ſubicit: cōfiteri debebas Galeotte
cuius hec uerba forent: quod cū nō feceris me
rito barbariem tuā oſtendiſti ſiquidē grāmati
cule: hic lichen lichenis dicit̄ in maſculino ge hic lichen
nere & alia que hoc in loco merula effudit. O
merula auis o merula piſcis cur ita deſipis cur
aliquādo nō ueratro purgaris cur hec puerilia
miſer ignoras: nōne prius debebas cōſiderare
multa que ſūt tertię declinatiōis & maſculini

generis apud grecos: nobiscū sūt prime & femenini generis sicuti charta & catharacta: nōne item cogitare debebas sepe ab accusatiuis grecis & masculinis fieri noiatiuos latinos & femeninos ut ether ethera: ethera ethere. Virgilius. Et fulgidus ethra siderea polus: & crater. ris. cratera: unde cratera. re. Itez a femeninis femenina ut cassis. dis. cassida & hec cassida. de. Virgilius. xi. Aurea uati cassida: nam ibi Seruius ait accusatiuū pro noiatiuo posuit si hec cōsiderasses tecū dixisses fortassis lichē mutat genus & declinatōez ut lichena lichene dicat. Sed diceres scio Galeottū nō posuisse hoc modo. nā semp utit̄ i sermone suo lichen & recte dicis: nam genere masculino semp sū usus: sed hic o Georgi debebas i mentē reuocare illa que pueri didicerūt in primis litteris quo argumēto o merula lichen apud me ē generis femenini: scio respōdebis propter relatiuū in femenino positū: diximus enī quā mentagram appellāt: quid debeo ego magistro Georgio facere: si uirgis cedā nates Georgii pilosas cōcitabo oībus risum & nihil efficiaz quoniā senem castigare est impossibile: debeo ne

ethra

virg

virg

Servius

lichen
lichena

colaphis cedere at tremulo & grauastello : & uix animã trahenti spiritũ excludã. Si autem per capillos traxero uereor ne crines senili caluę male herẽtes sequãtur manus : si ferulę manum subicere cogam nunq̃ tremulam illam manum & uenosam ac illotam uel pituita nasi uel stercore uel carboue sordidatam sine nausea inspiciã : discipulũ autem in his paruis peccantẽ inpunitũ dimittere inmane ẽ facinus subtraham ergo Georgio potũ meri ad triduũ ut post hec sit memor artis grãmaticę quia oblitus est regulas relatiuorũ. nã relatiuũ qs uel qui o Georgi discipule põt & cũ precedenti & cũ subsequenti concordare : mentagra autez est femenini generis & cum mentagra concordat. Vude Sallustius. Est locus in carcere quod tullianũ appellant. Ouidius. In cunabula crete qui meus est orbis. Cicero. vi. de re p. Quẽ concilia cetusq3 hominum iure sotiati que ciuitates appellant : pudet in tanto Georgii stupore amplius loqui. concordat igitur relatiuũ in locutione nostra o Georgi cũ subsequenti & non cum precedenti : cum autem me admones ut tandem discam ut ego pos

sim feditatẽ barbarismi euitare: & ut manũ se
rule subiciã: cui nõ facis risum si ridẽda poti9
q̃ miserandi sũt huiusmodi deliramẽta: hoc
est stultorũ ut p̃ter se alios omẽs putent stul
tos aliquin nõ moribus a cõmuni hominũ con
suetudine alienis uterẽtur. Ecce qua uesania
misellus Georgius agitatur qui die noctuq; i
litteris uersatur ut ipse ait & est iam senex &
nõ modo ignorat relatiuorũ rationẽ: sed hoĩes
in omĩ doctrina excellẽtes arbitrat̃ id ignorar̃
quod ipse nunq̃ ualuit intelligere. Iã a misel
lo Georgio trãsibimus ad ictericũ: naʒ & hoc 67
quoq; laborat. Scriptũ ẽ in libro de hoĩe: icte
ricus morbus & morbosus dr̃ a colore: icteris
enĩ latine ficedula auis que ẽ crocei coloris: q.
dĩ putauerũt icteritiã ẽe arcuatũ morbũ quod
nõ oĩo uerũ ẽ: hactenus ĩ libro nr̃o ubi decla
rauim9 ictericũ & ad hoĩeʒ referri & ad mor
bũ. nam dicimus morbũ ictericũ & hoc actiẽ
& hoĩeʒ ictericũ passiue. i. q ictẽritiã patit̃ ut
si diceretur morbus hidropicus & hõ hidropi
cus diximus autem hec quoniam quedam ad
morbum referuntur non ad homineʒ sicuti re
cidiuus morbi & nõ morbosi est adiectiuum

virg.

Virgilius. Et recidiua meis posuissem perga
ma theucris: pergama inquit recidiua que post
casum renascũtur: & sic morbus recidiuus q
post casum renascitur & resurgit: q autem di
cis morbũ absolute grece icteron dici hoc ue
rũ est sed quid ad nos a latinis nõdũ receptũ
est: nescio igr̄ qd garrias nisi negares ictericũ
& hidropicũ & alia hmõi tã morbi q̃ morbo
si adiectiuũ cmũ um dixímus icteritiã esse diuer
sum ab arcuato uere diximus quia curatio & armatus quid
causa sunt diuerse in his: quoruncũq; causa ẽ
diuersa effectum quoq; diuersũ esse necesse ẽ
oportet etiam fateri morbos quoq; esse diuer
sos quorum curationes diuerse sunt: esse autẽ
horũ morborum curationes causasq; diuersas
medici ostendũt: & quomodo hoc sit in libro
de homine clare expositũ est & cum modera
tione locuti sumus cum apposuimus illam par
ticulã scilicʒ q non oĩo uerũ est quod ex cura
ratõe causaq; processit: tu Georgi inter hipo
didascalos enutritus: queso ne in his loqua
ris: que excedunt mensuram & ingenii &
doctrine tue. Quod autem somniando negas
q icteron ficedulam dici agis ut consuesti:

ficedula o merula cui auis hec est incoguita a greco deriuatur quandoquidem latini longo tempore sicos ficos dixerunt ut supra ostendimus: mutatio autem littere facta est propter aspirationem: nam. s. sibulus quidē & aspiratō & spiritus crassior in hoc cōueniūt ut ad spiritū exprimendū utraqꝫ lrā ponat̄: sicuti hepta greci nos septē illi herpillon nos serpillū dicimus. digāma autē eolicū hoc est. f. pro aspiratōe poni in libro de hoīe aperte ostēdit̄: unde sicon ficum dixerūt mutato sibilo in uocē crassiorem hoc est. s. littera in. f. mutata ficedula igitur grecū est a sico deriuata: si autez latine dicere uolumus galbulaz nominabimus ut ait Plinius ut si quis colerā diceret que latine bilis est & adiungeret biliosum puto latine dici qui colera habundat non excluderet quin colericus quoqꝫ deriuetur a greco: nā ficedula grece latīe galbula: sz diceres cur dixerī icteri latīe ficedulā auē: respōdeo o Georgi qa lz hoc grecū sit: tamē ap̄ grecos nō repit̄: nos a greco formauimus grecū sz ī usū nr̄m uocabuluz galbulī aūt dici ficedulā apparet a quodā genere ficorū excellētiori que albule appellant̄:

nam ſunt ut teſtatur Macrobius ficorũ gene ra plurima:affricana:albula:harundinea:aſina ſtra:atra:paluſca & reliqua:potius autẽ nomẽ hoc ab albis ficis q̃ nigris impoſitũ ẽ propter felicitatẽ:nam albe fici inter felices arbores: atre uero inter infelices nominantur & huic aui propter auguriũ potius felix q̃ infelix ar bor indidit.nam galbulã & ficedulã unã eſſe auem diligenter intuenti oſtendit Martialis ficedulã nãq; uuis & ficis paſci refert ſed a fi cis nominatam:& quod de uua omiſerat repe tit in alio diſticho. Galbula decipitur calamis & retibus ales turget adhuc uiridi cum rudis uua mero.uiuit ex fico nondũ matura uua:po ſtea utroq; utiť genere ſed inane addiderunt g.grã grauioris ſoni & differentie.g.autẽ ab antiquis addi q ignorat nunq̃ legit gnatus ꝓ natus & gnauus ꝓ nauus & gnauiter ꝓ naui ter:& qui dubitat incipientibus a uocali addi litteras non recordať huius uocabuli aulę que grece ſic & apud nos teſte Seruio additur.c. dicitur enim latine caula. Vnde Virgilius. Cum fremit ad caulas. Et aulon in Horatio pro monte calabrię apud Virgiliũ caulon eſt.

c. autem & g. quã habeant affinitatem lege librũ de homine o merula. Accedit etiã ad hoc q albula inter uuas quoq; Macrobio teste annumerat̃ ita ut cum ficedula solum a fico sit nomen galbula & ab uua & fico quibus pascit̃ recte dicatur quãdoq; dẽ albula & ficus & uua est. In nostro textu hoc ẽ phagedenas medici uocãt quędã ulcera quę ita carnem corrodunt ut comedere uideant̃. Hic subicit Georgius uerba digna se. Inquit enim: putilis ne dicaz barbara morbi descriptio: utpote a probatissimis scriptoribus abhorrẽs siqdẽ iulius pollux sic ait. phagedena exulceratio usq; ad ossa celeriter depascẽs saniem male olentẽ emittẽs & ad mortẽ perducens. Dic inquam Georgi ubi sermo meus abhorret a sermone Iulii pollucis nã abhorrere penitus alienũ & cõtrariũ esse significat. Cicero in paradoxis locos graues e philosophia tractare auunculũ tuũ abhorrẽtes ab hoc usu forensi & publico: hoc est penitus alienos: nã i mea descriptoẽ ne unicũ qdẽ uerbũ ẽ Iulii pollucis sniẹ cõtrariũ imo eadẽ fere exprimũt̃. in polluce ẽ phagedena exulceratio & ap̃ nos quędã ulcera & numero diximꝰ

pluratiuo ad exaggerationez mali ut id quod ex·prepositio in polluce auget: in nostro sermone pluralitas rependat. pollux item ait usq; ad ossa celeriter depascēs & nos que ita carnē corrodāt ut comedere uideantur. Quid o merula alieni est in hoc sermone: & cū ille depascens & nos corrodāt diximus fuimus eiusdē sentētię de in depasco auget & in nostro con incorrodo facit augmentū & celeritatez: con enī in compositione uehementiā cū celeritate plerunq; significat: ut consumo conficio. & huius rei ratio est quia con simul significat: quę autem simul fiunt a pluribus fieri credun tur: ubi autē multitudo est auxilio uehemen tiam cum celeritate esse uerisimile uidetur: & ille quoq; cū inflāmatione saniem maleolentē emittens & ad mortē perducēs & nos ita cor rodēs ut comedere uideat̃. quid autem uiuę carnis comestio faciat qui ignorat sit memor Virgilii in. iii. eneidos cum ciclope meminit Vidi atro cū mēbra fluentia tabo māderet & trepidi tremerent sub dentibus artus: descri ptio igit̃ nostra quā penitus alienā cōtrariāq; putabas simillima est Iulii pollucis descriptōi

Sed unū a te libet querere ubi legiſti ironiā ex uerbis contrariis uel correctionē ex diuerſiſſimis: dicis enī putilis ne dicā barbara morbi deſcriptio in iſto genere ſermoīs ſimilia nō cōtraria iunguntur. Ouidius in heroidibus. ah nimiū ſimplex helene ne ruſtica dicā: & tu putilis nedicam barbara. Si autē ironia eſt nō erat uerbo detegenda: ironia nāq; ſola pronūtiatōe a ueritate diſcernit̄. Virgilius. Egregiā uero laudē & ſpolia ampla refertis: tuq; puer q; tuus magnū & memorabile nomē: non enī uerbo detegit ironiā ſemp enī magna ſubicit & cum ait egregiam uero laudez non dixit & ſcelera ampla refertis ſed ſemp in laude perſeuerauit: ſi autē p correctionē dicere uolebas uerbum magis idoneū ponendū erat hoc pacto putilis imo putiliſſima. ſi autē per cauillū uoluiſſes irridere ſic debuiſſes putilis p inutilis dicere uolebā ut ſermo uideatur excidiſſe uel per agnoīationē ſi loqui uoluiſſes putilis uel punctilis ut ab ungo deriuari uideret̄. Si autem reicis in librarios: nam ſepe hoc accidit ut mutent obmittāt deprauent & ais te ſcripſiſſe per inutilis ne dicam barbara hoc etiaz ē

deterius: nā uidet̄ barbarꝝ magis q̄ inutile cū barbaries ī sermoē accipiat̄ a nobis in loquēdo & inutilitas tā sermonē q̄ rē cassā cōplectit̄ ī emēdatōe sermois cū teipsū corrigis quod ma ioris significatōis est reicit̄ cōtra artē nisi puta res barbaros plusq̄ iutiles cū ab eis phiaꝫ ma thematicā musicā & oē genus bonoꝝ habueri mus teste Calcidio in thimeuꝫ Platonis teste Strabone & teste ueritate: nec eni illud uerū ē quod de grecis aiūt cū eos harū disciplinaꝝ inuētores asserūt: non èni athene sed Egiptii Babilonii Chaldei hec nobis tradiderūt. nihil de iudeis loquar: quoniā hoc oibus fere notū ē etiā testionio eusebii pāphili de euāgelica p̄ paratioue: quocūqꝫ igr̄ mō dixeris uehemēter o aselle rudēs errasti: sꝫ hoi stulto & īpito hec p̄dicare uanū ē quoniā hec mime itelligit: de his satis ad alia sermo uertat̄ dicimus ī nr̄o uo lumie: allopetia p se nota: ē eni depilatō ad si militudinē uulpis: unde & ipse morbus dicit̄ uulpes grece allopis uocat̄: hic more suo assilit georgius nō sine stulta & temeraria locutiōe. Inqt eni puerilis & incōcinna expositō quāto grauius & elegātius paulū ac corneliū secut9

chalcidius

Strabo

eusebius

79

paulus

cornelius

a barbaris bone artes

allopetia de plano ἀλωπηξ

ſic explicuiſſet: alii morbi ſũt i capite diuerſa
noia ſortiti: nã queadmodũ plantę huõris idi
gẽtes corrũpũt & exareſcũt: alie ãt ꝑ huidita
tẽ a ſeipis alterãt ſic & i capillis fieri cõtingit
nã ſi humor affuerit caluitiũ naſcit: at ex huõ
℞ malitia ophiaſis figura ſolũ differẽs ab aliis
ꝙ ꝑs leſa ꝑ quã ſimilis uidet ẽe ſerpẽtis allo
petias uero morbum appellauert ꝙ frequẽter
uulpes eo laborẽt hec refert merula ex Paulo
& Cornelio ut iꝑe ait: ſ3 queſo georgi cur di
xiſti grauius & elegantius cũ copioſius dicer
uolebas & diſtinctius ſed ap te grauis & copi
oſus idẽ ſũt & elegãs & diſtinctũ ꝓ eodẽ ap
merulã militãt: ſed ut ad rẽ nrã3 reuertamur
ubi nã ẽ expoſitio puerilis & incõcinna nõne
tu fateris etiã inuitus affirmãtibus doctis ui
ris alopetiã a uulpe dictã & hãc eſſe depilatõ
nẽ ad eius ſimilitudinẽ quã uulpes frequẽter
patit: ſed ſi diceres cur nõ oia dixeri reſpõde
bo quod iã cẽties dictũ ẽ nos.ſ.nõ oia dictu
ros: ubi ẽ iſta expoſitio incõcinna eſt ne error
in noie an i uerbo an ĩ ordiẽ o miſer neſcis ni
ſi latrare & garrire & doctis uiris detrahere:
nã hmõi detractõibus& maledctis nõ cõꝑbat

ophiasis

alopecia

grauis · elegans

GALEOTTVS MARTIVS NARNI

doctrina sed inscitia prodit̃ est ne hoīs docti semp cū pueris de doctis uiris cū detractōne fabulari in angulis latrare: audio quartū quod q3 uerbū ē Galeottus apud te cū legis uel doces statim clamas hoc nō tenet galeottus: hoc galeottus peccauit: hoc galeott9 nesciuit declarare & talia inania & puerilia. Appoīt etiā georgius uerba hec nr̃a.i. cancri spēs ē cancrena que ut ait Plinius sanari pōt: sed georgius uidēs in hac re nihil dici posse remittit lectores ad medicos q hoc sciūt nimis sero se ipsū cognouit georgius: nā si ab inicō hoc fecisset nūq̄ sic delirasset: in grāmatica quoq3 debuisset dicere grāmatici uideāt & in aliis alii qa nulla disciplinarū spectat ad georgiū: & ut tandem aliqd dixisse uideat̃ i fine cuiusdam textus iulii pollucis ostētat orthographiā cū dicit p.g. scribi nō p.c. debere quoniā a Nonio marcello in littera.g. gangrena ponitur dicente gan cancer grena. Lucillius. o.i. serpere uti gangrena malo atq3 hec pestica possit uarro nō uitupamus cū sciamus dictu3 pcidi oportere si ob eā rē gangrena nō sit ad brachiū uentura. Idē de uita patrū libro.iii. quo facilius aniad

80 — cancrena — Nonius — gangrena — Lucilius — varro

uertit p oẽs articulos populi hãc mali gangre nã sauguinolentã pmeasse: p. g. inqt georgius & non p. c. scribi debere: hic subest plurimus error o georgi primo nõ ẽ officiũ grãmatici di scernere morbos Nonius nõ nouit qd cancer & qd cancrena esset. & iõ ut iscius temere ex posuit: sed Plinius & medici periti ponũt dif ferentiã: putãt eni cancrenã feminã debiliorẽ morbũ sanari posse. In eo quod de orthogra phia ponis miseret me tui qui errorẽ uel negli gentiã: uel qa putauit. c. g. &. q. esse idem ut nos quoq; dixim9 Nonius secutus nesciuisti di scernere: quis eni unquã uidit in femeninis a masculinis existẽtibus fieri in scriptura muta tionẽ: ut equus equa: mulus mula: beatus bea ta: animus anima: leo leena: draco dracena: cã cer cancrena: a cancro eni ẽ sed diceres aucto ritate Nonii hoc dixi: at ego dico quod nõ in telligis nõ esse imitatõe dignũ. c. g. &. q. sint eadẽ elemẽta: ut in libro de hoie ostẽdim9: & hãc Nonius habẽs opinionẽ in locãdis dctõi bus fuit fortassis neglιgẽtior: nã in lrã quoq; c. poit que p. q. scribũt: unde ipse dicit Cassũ ẽ cõtusũ & nõ integrum. Vir. cassateq; rates:

Cassare ē mouere. Vir. vi. & lāpada cassans p graium populos. Plautus in milite qui suā un dantē clamidē cassando facit. Nos uero Geor gi quatio p. q. scribimus: unde ē quasso. as. & quassatus sed a careo cassū p. c. scribit cōsuetu do ut nūc cassū lumie lugēt: nō ē igr̄ Nonius in hac re imitatōe dignus cū cancer unde can crena p. c. scribat̄. Carpit etiā merula illud li bri nr̄i sacer ignis sūt pustule ad similitudinē uarorū corpus corripiētes: dr̄ aūt ignis qa cor rodit & sacer qa execrabilis ē. Hic Georgius quale & quē ornatū dederit initiū queso aduer tamus: inqt eni nequeo satis nō mirari somnū ne dicā stuporē Galeotti q celsi p quē studio sus nō aduerterit ignē sacrū diffiniri & cetera nequeo satis nō mirari iqs: hoc apud latios dr̄ nequeo satis mirari in hoc sensu sed credo cū hec scribebas somnū quē dicis Galeotti te op pressisse: sed qd cōtra nos uerba Plinii & Cor nelii: illi eni secāt in species sacrū ignē & nos in unā sūmā nr̄a diffinitōe redegimus ut nul la sacri ignis malitia sit que nō cōprendat̄ sub sermōe nr̄o: nā siue hoiez ābiat siue nō in nr̄a diffinitōe cōprēdit̄. nō eni leuia uerba posui9

~~vari~~

cũ pustulas & uaros corpusq; corripiẽtes dixi mus: in eo q hortaris studiosos ut Corneliũ & Pliniũ diligẽtius & pspicatius plegãt q̃ ga leottus bene facis: ego quoq; unũquẽq; rõnis capacẽ ad illud idẽ faciendũ nõ mõ hortor sz oro: cuperẽ eqdẽ multos me longe doctiores euadere: te aũt merula moneo ut maledicẽtiã obtrectationẽ inuidiã & ceteras ai labes qb9 obnoxius es deponas tandẽ & incipias discer̃ grãmaticã: deĩde rhetoricã: postea philosophiã at dicẽt impossibile ẽ quoniã georgius ẽ mon stroso corpe & simio simillimus: qd obstat qn simius iste nõ possit saltẽ discer̃ quedã ad mo res quor phia ẽ magistra r̃secet ungues ne sp sordibus scateãt: siccet lippitudinẽ ne homĩes aspectu offendat: pituitã detergat ne mucci a naso pendeãt: pollicũ ungues elisorũ pedicu lorũ sanguĩe rubros nõ lingua corã oĩbus sed clam lintheo detergat: crepitus uẽtris quos in foro p palã emittit cõprimat nec respiciat edi ctũ claudii quod p̃meditatus erat quo ueniaz daret efflatũ crepitũq; uẽtris in cõuiuio emit tẽdi: p̃terea cũ comedit nõ utrãq; buccã ĩplen do inflet cũ bibit nõ ĩiurgitet: in loquẽdo nõ

con ſpuat ſecũ ſermocinãtes: & cum legit aut
docet nõ nares aut auriculas ſcalpat digitis &
deiq; exuat brutũ hoiez induat: nã teſte flacco
Neõ adeo ferus ẽ ut nõ miteſcer̃ poſſit dũmõ
culture patientẽ accomodet aurẽ: accedit etiaz
q̃ mẽtis tumultus oio debeat repellere ne mi
ſellus georgius die noctuq; torqueat̃ laborat
ſupra oẽs mortales inuidia: quid autẽ mali iui
dẽti afferat hoc infelix uitiũ dicerẽ ꝑſcõ niſi
occurrerẽt flacci uerſus. Inuidia ſiculi nõ inue
nere tiranni maius tormentũ: nemo enĩ ẽ tam
abiecte cõditõis tãq; infime ſortis cui georgiꝰ
nõ inuideat cauponibus detrahit baiulos obli
quis oculis ſpectat: aniculas lana & tela uictũ
querẽtes liuore ꝑſeqt̃ mẽdicos carpit omibus
pueris ac ſeruis ẽ infeſtus. Cõſpexit quẽdã ut
audio nauclerũ ſolito cultiorẽ adeo afflictus ẽ
ut triduo ſuſpirauerit querẽtibus cãm luctus
reſpõdit oẽs ſeipſo ornatiores uidere: o miſer̃
hoiez in tãtis cruciatibus ex iuidia cõſtitutũ
Ab iuidia ſordibuſq; georgii fiat trãſitus ad
hemitriteũ i quo georgius ſe recognouit: utit̃
enĩ his uerbis: meũ nõ ẽ de genere & q̃litate
febris diſſerere: & tandẽ allegato paulo ægini

hemitriteō q̄

ta mecū nolēs inuituſq; ſentit: naȝ in fine ſui capitis ait hec ex his uerbis colligere poſſum9 hemitriteon dici ꝙ ſit febris ex finibus duaꝝ conſtās noluit dicere duodecim horas quietis & has eſſe mediū duarū febriū ne omnio me cū ſentiret: attamē neſciuit orationē ſuam ob ſtruere ne ex aliqbus foramibus ſētētie nr̄e cōſona oratio reluceret in hoc laudanda eſt na tura Georgii ꝙ nolēs aliquādo ueruȝ fatetur ſed ut uerū dicā hac in re deceptus ſum: puta bā enī poſt hemitriteū ceſſaſſe deliriū georgii ſed adhuc durat. nam refert illud quod dixi

De secundo libro de homine 83 Ranonnor

mus in principio ſecundi libri: hucuſq; enī de primo locutus ē: hec ſunt uerba noſtra & iam de interioribus ratiocinabimnr & ab his que in capite ſunt ſumemus exordiū. hic Georgi us tanq̄ exprectus uel a crapula deſtitutus re fert ſomniū: inqt enī adhuc heret infixum in mēte Galeotti quod puer ab ineruditis & bar baris p̄ceptoribus didicit quoꝝ hic fuit ſermo de pace rōcināt̄ hoīes hoc ē ſermonē agūt ſic hoc ī loco Galeottus nō dico inproprie ſȝ fal ſo & ridicule hoc uerbo uſus ē: niſi forſan uel inuitus uitiū ſuū aperuit: nam nō uera narrat

quippe q nullo auctore nitat̃ sed ratiocinatur
ideſt rõe quadã parũ cõſtante ineptos quoſdã
ſenſus & pueriles expoſitões aucupat̃: uerum
pauca ſup ſignificatõe huius uerbi diſſerenda
ſũt: ut. ſ. oſtendamus huiuſmoi locutõz fedaz
eſſe & barbarã: rõcinari ap̄ idoneos ẽ p rõem
quandã id deprendere & colliger̃ quod lateat
& incertũ ſit: hec Georgius. Sed queſo q hec
cõſiderat nõne putabit Georgiũ aut ſomniare
aut delirare: nam illud itium adhuc manet in verba merule
fixum in mente Galeotii delirantis uel ſomni
antis eſt qui ſomniant & qui delirant ſunt ple
runq; addicti quibuſdam imaginationibus ua
nis: ſecum eniz iſte miſellus inſania pcitus lo
quitur ac ſi mecum per totam noctem fuiſſet
in altercatione huius uocabuli & tandem indi
gnabundus in hunc ſermonem proruperit ad
huc heret infixum in mente Galeotti: hoc er
go ſignũ eſt inſanientis merule quod ipſe au
get cõmememoratione quorundam barbaro
rum quos nemo noſtrum unquã uidit nec audiuit
credo ꝙ addictus illis uanis imaginibus que
Georgio uel ebrio uel ſomniãti uel iſano ãte

oculos obuersant̃ hoc dixerit: uisum enĩ est ei
Galeottũ esse puerum & doceri in hungaria
uel germania a qbusdã barbaris p̃ceptoribus
ꝙ se audiẽte ĩterrogarit galeottũ qd significat
ratiocinari: & ꝙ galeott9 fuerit ab illis maxie
laudatus qa puerse senserit: o miser georgiũ
ĩtẽpies te uexat ĩsania cõplectit̃: ebrietas oscu
lat̃ sõnia uana te nũc horsũ nũc illorsũ rapiũt:
p̃terea dicit quod nusq̃ ẽ ap̃ idoneos: nã rõci
nari nõ ẽ p rõeꝫ deprẽdere & colligere quod
lateat: sed ẽ rõe mẽsura & mõ de re & nõ stul
te nꝫ temere loq: rõcinatio. n. siue ratiociniuꝫ
significat locutõnẽ ac sermocinatõeꝫ rõe mõqꝫ
subnixã ipsaꝫqꝫ rẽ explicantẽ unde ratõcinari
deriuat̃ uel ecõuerso. L. columella. vi. hec nõ
alienũ nec ꝑcul a ratiocinio quod tradr̃ sum9
breuiter p̃fari oportuit. Victruui9 architectus
prio: ratõnatõ aũt ẽ que res fabricatas solertie
ac nois ꝑportõe demõstrare atqꝫ explicare põt
ratiocinari igr̃ o merula ẽ rõe aliqd explicare
quãtũ uictruuii dictũ nr̃o libro cõueiat quis
facile intelliget: naꝫ fabricã hominis ĩterioris
positis nominibus rerũ ac proportõe assignata
totã hois interioris ꝑportionẽ substãtiãqꝫ ex

ratiocinatio
ratiocinium

L. columella

victruuius

plicamus ac demõstramus: cũ autẽ dicis uitio
sũ esse de pace ratiocinari hoc ẽ rõe & mõ loq
ostẽdis te non esse solitũ in hac ratiocinatõne
rõcinari quãdoquidẽ te ratiocinii expertẽ indi
84 cas. Et statiʒ subicis ymo lethargus acutus est letargus
morbus cur ymo apposuisti: nã correctio ꝑ sup
poit erratũ: quis inficiat̃ lethargũ esse grauem
& acutũ morbũ quod ex te lʒ cognoscere quẽ
ita obliuiosũ reddidit ut plerũqȝ digitorꝝ tuo
rũ numerũ ignores: adhuc in illo delirio ꝑse
ueras: nã tãq̃ somniãs nullo affirmãte uel ne
gãte quicq̃ dicis imo acutus ẽ morbus. Sʒ qd
de frenesi loqueris cũ cerebruʒ sit sedes oĩm phrenesis
delirãmẽtorꝝ adeo ut cerebrosi ꝑuerse ac stul
horat. tę cupiditatis hoĩes dicãt̃. Hor. in sermoĩbus cerebrosus
donec cerebrosus ꝓsilit unus. Cũ ãt diximus
mansum adiectiuũ ad effectũ retulit: subdis
85 hãc formã grãmatici nõ adiectiuũ sed ꝑticipi mansus
um appellant. Vah qs unq̃ credidisset Geor
giũ ita acutũ ut in mediũ adduceret argumen
tam inexpugnabile. Dic queso Georgi est ne
tuũ inuentum hoc an ab alio subfuratus tibi
ascribis: O hominẽ solertem qui cum de ho
mine interiore idest re ardua sermo habetur:

interiecit hoc tā admirabile ut mansū negaret adiectiuū uocari: reduxit meōriā sermo Georgii cū romę essemus in disputatōe de īmortalitate aię & multa ultro utroq3 diceret̄ unum puerulū q interrogauit nos cū clamarem9 an illud de quo dicebamus esset ad esū aptū: respōdeamus etiā ad hoc o merula auis argumētabor tecū hoc pacto: oīa que p casus īflectūt̄ aut adiectiua aut substātiua sūt: pticipia p casus inflecti neō inficiat̄: erūt igr̄ aut adiectiua aut substātiua: rursus nullū substātiuū ē triū generū indicatiuū hęc dico qa quedā repiūt̄ aliquādo masculina aliquādo femenina aliquādo neutra ut specus: sed oē pticipiū ē triū generū nō ē igr̄ substātiuū relinqt̄ igr̄ ut sit adiectiuū ex pria diuisiōe: sed hec ab hoie rudi nō intelligūt̄: nescis o miser Georgi non mō in forma sed in significatōe pticipia quasi adiectiua esse quod ē maius: ut testat̄ Priscianus libro. xi. cū de pticipiis loquit̄ his uerbis. Nec mirū ad formā adiectiuoꝝ hec dirigi cū pene uim habeāt: pticipia quoq3 adiectiuorū nominū: accidētia. n. ppriis uel appellatiuis noībus significāt uelut illa ut bonus hō scribens hō:

& illud accidit & hoc accidit hactenus priscia
nus: oĩa igr̄ pticipia sunt adiectiua sed nõ ecõ
uerso: quicũq; igr̄ de pticipio inqt etiã cuz ad
iectiuũ uere dicit: quoniã adiectiuorũ alia tri
um uocũ & generũ: alia triũ generũ & unius
uocis: quedã duorũ etiã unius uocis specie sz
ueritate triũ ut in obliqs sępe ostẽdit̄ ut lis ẽ
de paupe regno triũ generũ & hec nullius se
xus propria adiaceãt necesse ẽ: & hinc dcã sũt
adiectiua: sed illa quę tecũ murmuras de ling
ua & ligula nihil ad nos: iã sepe dictũ ẽ non
oĩa nos ponere uoluisse. His iã pactis tandez
georgius more asini ut ĩ puerbio ẽ q. se equũ
arbitrat̄ in trãsilienda fossa falsũ id esse recog
noscit: uenit iã Georgi9 ad pfundã fossaz an
git̄ miser rei difficultate: unde se rudẽ uel ru
dentẽ potius intelligẽs recurrit ad Galeottuz
pceptorẽ cupidus scire qs. y. litterã adinuene
rit: nõ eñi merula iã quatuor annis uolitãs in
aliquo codice huius litterę inuentorem deprẽ
dere ualuit: hucusque pudet Georgium recur
rere ad me: sed necessitate coactus tandem ad
pceptorẽ cõfugit Galeottũ: unde necessariũ ẽ
meõr sturnonũ turdorꝝ & merularꝝ uel poti9

ſtultorũ tardorũ & morionũ aliquid inſeram ut diſcipulo meo ſatiſfaciã. Valde enim ubiqꝫ gloriat̃ merula ꝙ Galeotti fuerit auditor: hõ ſenior iuniorẽ adoptat p̃ceptorẽ: at ego nõ me mini uidiſſe Georgiũ in lectõe mea niſi Pata uii cũ legebã librũ georgicorũ: ſed eſto ut ait etiã chriſtus malũ habuit diſcipulũ: eo ĩ loco ubi apposui. y. a preſſis labris ſpirituqꝫ ꝓcedit ut idẽ Martianus ait ſed greca lr̃a eſt & ĩ gre cis dictõibus utimur: & hãc repit Pithagoras ſamius: hic ait georgius ſi mihi auctorẽ dede ris Galeotte ꝗ hoc ſcribat palamedis anĩaꝫ de niqꝫ in Pithagorã reuixiſſe ꝑ pithagoreorũ pa lingeneſiã tecũ fortaſſe ſentiã: ſed interiꝫ phi loſtratũ ſecutus a palame non a ſamio pithago ra hãc lr̃aꝫ inuentã affirmauero qppe ꝗ grues uolãtes cõtemplatus huius lr̃ę formã excogita uerit ad quod reſpexit martialis de gruibꝰ ſic loquens: turbabis uerſus nec lr̃a tota uolabit unã ꝑdideris ſi palemedis auẽ. Lucanꝰ Stri mona ſic gelidũ bruma impendẽte relinquũt poture te nile grues. tũ paulo infra. Et turba ta perit diſpſis lr̃a pennis: ſꝫ ut uerior nr̃a ha beat̃ ſententia philoſtrati uerba iam trienniũ

